J. Bartholin

Historia

Pythonissæ in Endor.


Hafn., 16[illegible]3

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

1,-90

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 00936 3

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

מעשה בעלת אוב
בעין דור

HISTORIA PY-THONISSÆ IN ENDOR

Qvam, ſecundum ductum Sacræ Scripturæ ex mente Rabbinorum propoſitam,

Ampliſſimo Profeſſorum in Reg. Academ. Hafnienſi conſeſſui publice ventilandam ſubjicit.

JOHANNES BARTHOLINUS
THOM. F.

Reſpondente

CLAUDIO FASTING LYDERI F:
Phil. Baccal.

A. 1693. Ad diem 7 Mart. loco & horis ante meridiem conſvetis.

92

HAFNIÆ,
Literis Joh. Phil. Bockenhoffer, Reg. Majeſt. & Univerſit. Typogr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

APPROBATIO.

Laudabile hoc variæ Lectionis Rabbinicæ ſpecimen cum publico offert Nobiliſſimus Dnus. JOHANNES BARTHOLINUS, illinc qvidem genium oſtendit nulla ſtudii moleſti difficultate fractum, & vel in unica Margarita e multo cæno eruenda indefeſſum; hinc verò ſpem Reip. Literatæ facit egregiam, ab iſtiusmodi operâ majorem antiqvitatibus Judaicis Lucem brevi affuturam. De reliqvo, nullum Veritati Theologicæ præjudicium afferunt ſomnia Synagogæ, qvæ vel detexiſſe tantum, idem eſt qvod exploſiſſe. Cenſui Hafniæ die 17. Januar. Ao. M. DC. XCIII.

JOH. WANDALINUS D.

Qvô craſſius Philoſophantur Ebræorum Magiſtri, eô majorem Induſtriæ famam ſibi peperit Honoratiſſimus Collega Noſter, qvi ſingula ipſorum dogmata tantâ Judicii gravitate perpendit, ut nòn minori jam cum fructu, qvàm oblectamento ab omnibus legi poſſint. Ita cenſui Facultatis Philoſophicæ Nomine. Hafn. d. 23. Januar. 1693.

P. VINDINGIUS.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ILLUSTRISSIMO ET EXCEL-
LENTISSIMO

HEROI

DN. CONRADO

COMITI DE

REVENTLOV

DOMINO DE CLAUSHOLM
CALLØE, FRISENVOLD
ET LØYSTRUP
ORDINIS ELEPHANTINI
EQVITI AURATO
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
DAN. ET NORVEG.

CON-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

CONSILIARIO INTIMO
ET PROVINCIALI
SUPREMO REGIÆ VENA-
TIONIS PRÆFECTO
ET UNIVERSITATIS HAF-
NIENSIS
PATRONO BENIGNIS-
SIMO

S. F. Q. P.

humillimus Cliens

JOHANNES BARTHOLINUS
THOM. F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

Divini Numinis Providentia id factum eſt, qvod Universitatis hujus Regiæ Tutela à Sacra Regia Majeſtate clementiſſimè commiſſa ſit Tibi, Illuſtriſſime Comes, qvi nativo qvodam & prorſus Heroico genio Muſas omnes tam benigne foves, earumq; ſectatores ſingulari adeo benevolentia complecteris. Atqve hi ſplendidiſſimi favoris tui radii, qvi in totum literatum ordinem tam profuſo affectu qvotidie emanant, ſpem mihi faciunt haud dubiam, fore ut gratioſe etiam diffundantur ad me, qvi licet omnium ſim minimus, partes tamen illius ſtudii ago, qvod neutiqvā inter poſtrema cenſendum. Ebræa lingva eſt, illa omnium præcipua, illa Myſteriorum Divinorum interpres, & Theologiæ miniſtra fideliſſima, cujus Profeſſionem publicam in Regia Univerſitate mihi clementiſſime conceſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ſam ſuſcipio. Adeoqve ex ſtudii hujus dignitate autoritatem ſuam mutuabitur Profeſſio mea, præcipuè ſi & ex Patrocinio Tuo illud mihi acceſſerit robur, qvod hactenus ſenſerunt omnes, qvi Te ut Patronum venerati ſunt. In clientelam ergo hodie recipe, Illuſtriſſime Comes, Solymas noſtras, qvi & Latium & Athenas & qvicqvid eſt ſapientiæ Sacræ profanæqve in deliciis habes. Imploramus devotiſſimis precibus favorem Tuum omnes, ſimulqve ſupplicationibus DEum fatigamus, ut diu vivas felix & floreas in ſeros annos, ut per Te floreat Univerſitas noſtra.

Hafniæ die 25 Februarii
Ao. MDCXCIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

בשם ה׳ ית׳

De hiſtoria Pythoniſſæ in Endor variæ adeo variorum ſunt ſententiæ, ut vere dici poſſit qvod proferunt Ebræorum Magiſtri אין כל אצבעות חכמים שוות *Non omnes Eruditorum digiti ſunt æqvales*. Rabbinorum autem hac de re opiniones exponere, & eorum luſus & ſeria prodere noſtri hac vice erit inſtituti; ſi vero gravioris momenti perpendenda occurrant alia, iis Theologis hæc provincia relinqvitur, qvi controverſias & vindicias tractant. Nobis qvippe in præſenti ſufficit ſecundum ductum Sacræ Scripturæ ex ſingulis commatibus Judæorum ſententias eruere.

§. 1. Incipit hæc hiſtoria. 1. Sam. XXVIII. 3. Ubi monet Abarbanel qvod Saul etiamſi multis antea vicibus bel- "
lum geſſiſſet cum Philiſtæis, pro Jabes in Gilead cum Mo- "
abitis, Amonitis, Edomitis, nusqvam tamen appareat, il- "
lum DEum de fortuna belli conſuluiſſe; qvippe cum ſem- "
per ſuam in Eo fiduciam collocaſſet. Mortuo autem Sa- "
muele incerto belli imminentis exitu adeo terretur Rex "
cætera ſatis intrepidus, ut fruſtra conſultis divinis ora- "
culis Pythoniſſam Endorienſem conſuluerit. Verum hic "
moneri poteſt Abarbanel contrarium innui. 1. Sam. 14. v. 18. 37. & Saulem non tam pia fiducia qvam militari fortitudine & audacia partem bellorum geſſiſſe, ſi conſideretur 1. Sam. 14. v. 47. & 52.

§. 2. Innui autem videtur occaſio hujus belli Sauli a-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

deo terribilis & arrepti inde pravi conſilii cum ſcriptura inferat: Samuel autē mortuus erat: Nimirum vivus nominis ſui magnitudine terrebat Philiſtæos, mortem igitur ejus ut acceperant, ſimul & luctum inde Iſraëlis, animati illi bellum ſummis parant viribus, ut pote jam animos deſponderant Iſraëlitæ ſublato tanto ac tam ſagaci in rebus dubiis conſultore. Hinc *Kimhi* ad hæc verba אף על פי שספר מיתתו למעלה ספר גם כן הנה מפני המעשה שעשה שאול שדרש בבעלת אוב בעבורו ואילו היה הוא חי לא היה דורש כי אם מאתו *Qvamvis recenſuerit mortem illius ſupra* 1. Sam. 25. 1. *hic tamen etiam eam narrat propter factum Saulis, qvi in trangreſſione ſua Pythoniſſam conſulebat, ſed ſi fuiſſet vivus* ſc. Samuel *non niſi eum ipſum adiiſſet.* Propius accedit *Abarbanel* ajens Scripturam dicere: ששמואל היה מת לא שיאמר שמת עתה כי אם שהיה כבר מת כי אלו היה חי היה שאול נסמך עליו ולא היה שואל דבר לנביא אחר ולא למדבר ברוח הקודש כל שכן למעשה אוב *Qvod Samuel fuerit mortuus, non qvod dicat eum tum primum fuiſſe mortuum, ſed qvod ante obierit: Si enim vixiſſet illi innixus fuiſſet, nec conſuluiſſet alium Prophetam, aut qvenqvam loqventem per Sp. Sanctum multo minus Pythonem.*

§. 3. Et planxerunt eum univerſus Iſraël & ſepelierunt eum in Ramah in urbe ſua. Mortuo ſapiente majorem debere eſſe luctum monſtrat *Maim. Hilk. Evel* c. 9. Sect. 11. & 14. cap. 11. Sect. 5. & c. 12. Sect. 2. *Bartenora in Moëd Katon* cap. 3. Sect. 7. Samuel autem uti ſatis fuit notus toti Iſraëli totus qvoqve Iſraël eum plangebat: dicit enim *Maim. in Hilk. Evel cap.* 12. Sect. 11. כל ניכר לרבים רבים מתעסקין בו *qvi cognitus eſt multis, multi circa eum occupantur,* & *R. Sam. Bar Nachman,* citante *Abarbanele*

ait

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ait הכל סופדים וטופחין במיתת הצדיק *omnes plangunt & complodunt manibus propter mortem juſti*, Qvare qvoq; omnes Iſraëlitæ eum plangebant, & omnia ei officia, qvæ mortuis erant offerenda, præſtabant.

§. 4. Et cum Schola Prophetarum in Ramah fuerit, ubi & educatus & ſepultus fuit Samuel, non mirum ſi prophetarum filii, qvorum tunc temporis magnus erat numerus, mortem ipſius doluerint, & magno comitatu exeqvias illius celebraverint, nulla habita ratione certi numeri diſcipulorum uti ex *Maimonide* l. c. *cap.* 14. Sect. 11. colligi poteſt תלמיד חכם שמת אפילו היו עמו עד ששים רבוא מבטלין תלמוד תורה להוצאתו היו ששים רבוא אין מבטלין ואם היה מלמד לאחרים אין לו שיעור אלא מבטלין הכל להוצאתו *Qvando moritur diſcipulus Sapientum ſi vel maxime ad ſex usq; myriades cum eo fuerint vacant a ſtudio legis ad eum efferendum*, (ſi vero præciſe) *fuerint ſex myriades non vacant. Cæterum ſi ille docuerit alios nullam numeri habent rationem, ſed omnes vacant ad eum efferendum.*

§. 5. Dies autem planctus pro dignitate defuncti protrahebantur: ſic enim *Maimon* l. c. cap. 13. Sect. 10. אין בוכין על המת יתר משלשה ימים ואין מספידין יתר משבעה בדרך ארץ בשאר העם אבל תלמידי חכמים הכל לפי חכמתו ואין בוכין עליהם יותר מל״ יום שאין לנו גדול ממשה רבינו וכתיב ויתכו ימי בכי אבל משה וכן אין מספידין יתר על יב׳ חדש אין לנו בחכמה גדול מרבינו הקדוש ויב״ חדש בלבד נספד *Non deflent communiter mortuum, ſi de vulgo ſit, plus qvam tribus diebus, & non plangunt magis qvam Septem, ſed plangunt diſcipuli ſapientum ſecundum ſapientiam eorum. Non vero deflent magis qvam triginta diebus, qvia non nobis major eſt Moſe doctore noſtro & de eo ſcriptum eſt*

Deut. 34. 8. Et completi ſunt dies fletus luctus Moſis, & *ſic non plangunt magis qvam duodecim menſibus, qvia non nobis eſt major ſapientia* R. Juda *Sancto, & eum duodecim tantum menſibus plangebant.* וכן בהיות על כל אדם ג׳ לבכי היה ראוי שהיו על משה שלשים יום כי גם כל ימיהם היה ראוי שיתאוננו על הפסד מעליהם תורתו ונבואתו וכל טובותיו: *Et ſic* (ut loqvitur *Abarbanel in Legem* fol. 421. col. 3 de Moſe) *cum ſuper qvemvis hominem tres dies fletus eſſent deſtinati conveniens fuit ut ſuper Moſen eſſent triginta dies, nam alioqvin merito omnibus diebus ſuis lugerent, propterea qvod ſeparata ab ipſis fuerit doctrina ipſius & omnia illius bona.* Et has qvoq; ob cauſas non ſolum longius tempus in planctu Samuelis conſumebant, ſed & omnes qvoqve obitum illius dolebant qvod *Kimhi* innuit explicans hæc verba Jonathanis וספדו עלוהי אינש בקרתיה כלומר ספדו לו כל ישראל שבאו לקברו ספדו לו שם ברמה ואותם שלא באו ספדו לו כל אחד בעירו כי בכל ערי ישראל ספדו לו בשכר שהידה מחזר בכל מקומות לשפטם *Et plangebant eum qvilibet in civitate ſua, qvaſi diceret plangebant eum omnes Iſraëlitæ, qvi veniebant ad ſepeliendum eum, plangebant eum in Ramah & qvi non veniebant, plangebat eum qvilibet in civitate ſua. Nam in omnibus civitatibus Iſraëlis plangebant eum ob collatam operam, qvoniam omnia peragraverat loca ad judicandum.*

§. 6. Notat præterea *Kimhi* qvod ſcriptura dicat בעירו in civitate ſua כי בתוך העיר קבורתו לא חוץ לעיר וכן כתיב למעלה בביתו *qvoniam intra civitatem ſepeliverunt eum non extra eam & ſic dictum ſupra.* 1. Sam. 25. 1. in domo ſua. Exempla varia ſunt Biblica eorum qvi in agris hortis montibus &c. & extra civitates fuere ſepulti, nec non eo-

rum

rum qvoqve, qvi in civitatibus ſuas habuere ſepulturas, ſicut h. l. Samuel, qvod autem dicatur בביתו *in domo ſua*, intelligendum erit non præciſe de domo ipſa, ſed de omni ad domum pertinente, ut area horto &c. ut de Manaſſe dicitur, qvod ſepeliverint eum ביתו *in domo ſua*. 2. Chron. 33. 20. qvod 2. Reg. 21. 18. dicitur *in horto domus ſuæ*. Qvare *Kimhi* & *Sel. Ben Melech* ad citatum locum Chronic. poſtqvam monuiſſent ביתו ſumi pro בביתו ita loqvuntur פירוש ביתו בגן שהיה לו בבית וכן אומר במלכים בגן ביתו והבית הוא כלל לבתים ולגן *Expoſitio vocis* ביתו *domus ſuæ, erit in horto qvem in domo ſua habuit & ſic dicitur in libro Regum in horto domus ſuæ & vox* בית *comprehendit ſub ſe cum domus tum hortos.*

§. 7. Sepulchrum autem Samuelis diu admodum exſtitit ſi *Benjamini Tudelenſi* fides erit adhibenba, cum ſuis temporibus à ſe fuiſſe viſum aſſerat in itinerario ſuo edito per L'Empereur. p. 50.

§. 8. Probabilem belli a Philiſtæis moti occaſionem vidimus, prava Saulis, qvæ moto bello arripuit conſilia, jam enarrat textus & ſceleris qvidem gravitatem auget qvod præmittit. Saul autem abſtulerat Pythones & Ariolos e terra. Hinc recte *Abarbanel* inqviſitionem hanc Saulis memorari ſentit in majorem infamiam qvando ait לספר גנותו שעם היותו מתחסד ועושה זה חזר אחר כך לבקש אחריו *ad enumerandum vituperium ejus, qvod etiamſi hoc faciendo pium ſe oſtenderit, poſtea tamen reverſus fuerit ad eos inqvirendum.* Expulit autem Ariolos ſive inſtinctu Samuelis, ſive ut ea propter in gratiam rediret, ne regno privaretur, ſive qvia cogitavit ſeipſum infaſcinatum, cum tot tentationibus & melancholiæ eſſet obnoxius, ſive ut inde occaſionem arriperet exſtirpandi Gibeonitas iſtius cri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

minis ſuſpectos, ut civitatem eorum tribui ſuæ adjiceret, vel alias demum ob cauſas, qvas afferre noſtri non erit inſtituti. In hoc vero conſentiunt Ebræi, qvod vivente adhuc Samuele eos expulerit. Hinc *Kimhi* כי כבר ביער האובות והידענים *qvoniam ille antea Pythones & Ariolos expulerat* & *Abarbanel* כי הוא בחיי שמואל הסיר את הידענים מן הארץ *Qvoniam ille vivente adhuc Samuele removit Pythones & Ariolos e regno.*

§. 9. Qvantum vero temporis inter hoc factum & mortem Samuelis intercesſit non adeo inter ſe conſentiunt Rabbini. *Kimhi* & *Abarbanel* inferunt ſententiam Rabbinorum ad 1. Sam. 25. 1. שמת שמואל שבעה חדשים קודם מיתת שאול *qvod mortuus fuerit Samuel ſeptem menſibus ante mortem Saulis.* Legitur qvidem, teſte Hackſpanio, in libro *Juchaſin.* qvod מת מלך שאול שתי שנים אחר שמואל *Rex Saul mortuus ſit duabus annis poſt Samuelem*, ſed additur poſtea ſententia Rabbinorum אבל ר״ול אמרו כי בשנת אחד מתו שמואל ושאול *Sed Rabbini b. m. dicunt qvod uno in anno Samuel & Saul obierint.* Quatuor autem menſes interceſſiſſe exiſtimat *Raſchi* ושאול לא מלך אחר מיתת שמואל אלא ארבע חדשים *Et Sanl non regnavit niſi qvatuor menſibus poſt mortem Samuelis* & in *Jalkuth ad h. l.* שמואל מת לפני מיתתו של שאול ד׳ חדשים *Samuel mortuus eſt ante mortem Saulis qvatuor menſibus*, idem qvoqve habetur in *Seder Olam* cap. 13. & ex Rabbinis in *Abarbanelis comment.* ad 1. Sam. 8. 1.

§. 10. Qvicqvid vero ſit, etiamſi non videatur multum temporis effluxiſſe inter utriusqve mortem, teſtimonium tamen ex libro *Juchaſin* citatum placitis Rabbinorum præferimus, potius ſcilicet biennium præter propter qvam menſes tantum aliqvot præteriiſſe. Non enim credibile eſt,

ea,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ea, qvæ a morre Samuelis. 1. Sam. 25. ad hunc usqve locum recenſentur, menſium nonnullorum decurſu fuiſſe tranſacta, & huic qvoqve aſſertioni adſtipulatur *Abarbanel* ad 1. Sam. 25. 1. אינו מחוייב שמת שבעה חדשים קודם מיתת שאול ואפשר שנאמר שמת שנה או שנתים קודם *Non ſeqvitur qvod mortuus ſit ſeptem menſibus ante mortem Saulis, ſed probabiliter dicimus eum uno anno vel duobus prius deceſſiſſe.*

§. 11. v. 4. & 5. Proponit Scriptura caſtrorum metationem Philiſtæorum, cujus aſpectus Sauli terrorem incutiebat. Duplicem autem cauſam timoris affert *Abarbanel* 1. cum Iſraëlitæ caſtra ſua in monte Gilboa haberent להיותם הרים גבוהים היו רואים את מחנה אויביהם בשלימות ושאול ראה את מחנה פלשתים וייראו ויחרד כי היו רבים מאד *Et cum montes eſſent excelſi & perfecte viderent caſtra inimicorum ſuorum, & Saul videns caſtra Philiſtæorum timuit & tremuit qvod multi admodum eſſent.* 2. וכבר אמרו ח"ז"ל במדרש שמואל שקודם שחטא שאול בכל אשר יפנה ירשיע ואחרי אשר חטא וייראו ויחרד מפני פלשתים לפני שהחטא והיותו ניזוף מפני ה' היה מסבב פחדו ביותר *Et jam dicunt ſapientes b. m. in Midraſch Samuel, qvod antequam peccaſſet Saul, qvocunqve ſe vertebat viriliter ageret.* 1. Sam. 14. 47. *poſtqvam autem peccaverat timore Philiſtæorum percellebatur, & hoc majorem cauſabatur timorem qvod coram DEo fuiſſet culpabilis.* Cum ergo uti ſupra monuit Abarbanel antea propter collocatam in DEo fiduciam nec timuerit, nec DEum conſuluerit, jam viſo agmine Philiſtæorum (qvod ad defectum fidei & dilectionis refert ad 1. Sam. 15. 33.) peccatisq; timorem excitantibus de eventu belli Dominum interrogare tentabat. Cæterum non negamus qvin multitudinem Philiſtæorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

rum timuerit, amplamqve timendi habuerit materiam tot peccatorum ſibi conſcius, qvod vero præmittit Abarbanel, qvod anteqvam peccaverat viriliter egerit, veritati Scripturæ non congruere ſupra demonſtravimus imo poſt commiſſum peccatum hoc ei ſacra pagina attribuit.

§. 12. Tot igitur conſcientiæ furiis huc usqve agitatus Saul jam furore in timorem verſo, ut plerumqve ſceleratis fieri ſolet, pæne jam emenſus ſcelerum & vitæ curriculum, timore pænæ non mœrore animi ductus ait Scriptura v. 7. Et conſuluit Saul Dominum. Interrogare Dominum hoc loco non intelligendum eſt qvaſi ipſe Dominum immediate conſuluiſſet, ſed mediate per Prophetas uti patet ex ſeqventibus, qvod non reſponderit ei per Prophetas. Obſervant qvippe Eruditi, qvod immediata allocutio DEI obvenerit Patribus prioribus ſeculis, unde qvoqve Prophetæ dicuntur, uti Gen. 20. 7. Sed mediata DEI alloqvutio intervenientibus Prophetis non ante advenit, qvam Iſraëlitæ, deprecati alloqvium DEI immediatum, peterent Prophetam internuncium Exod. 20. 16. Ad qvod *Abarbanel* in Leg. fol. 177. col. 1. inclinare videtur referens verba Moſis dicendo מפני שאתם בקשתם לשמוע את קול ה׳ וחשבת שהיתה מדרגתם לקבלו כמדרגתי לקבל חנבואה לכן בא אליכם הקול הזה כדי שתבחנו עצמיכם ותראו אם יש בכם כח לסבול אותו ולשומעו *qvoniam qvæſiviſtis audire vocem Domini, & putaſtis, qvod æqve capaces fueritis ad eam recipiendam ac ego Prophetiam, ideo venit ad vos hæc vox, ut exploretis vosmet ipſos, videndo an vobis potentia eam ferendi & audiendi ineſſet*, & porro וחז״ל פירשוהו מלשון גדלה כדי לגדל ולרומם אתכם בין האומות ששמעתם קול נבואיי *Sapientes b. m. expoſuerunt illud* (ſc. vocem נסות) *ex ſignifica-*

fica.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ficatione magnificentiæ, ut vos magnificaret & efferret inter gentes, qvoniam vocem Propheticam audiviſtis & in *Jalkuth* in h.l. מאותה שעה זכו ישראל להעמיד מהן נביאים *ex eo tempore digni habiti ſunt Iſraëlitæ ut conſtituerentur ex illis Prophetæ.*

§. 13. Ad conſultandum autem Dominum munus Prophetæ fuiſſe repræſentatum legimus I. Sam. 9. 8. & 2. Reg. 8. 8. Ubi cum expoſitionem lectu haud indignam habeat Abarbanel illam huc affere non pænitebit, obſtat autem prolixitas qvominus Ebraica ſimul recenſeam, verba ejus hæc ſunt: *Et de dono qvod attulit Haſael, dicitur qvod fuerit in eo omne bonum Damaſci, & Sapientes b. m. dicunt qvod fuerit lapis eximius, qvi omni bono Damaſci æqviparabatur. Sed mihi videtur qvod bonum hoc non fuerit argentum, aurum, veſtes nec ulla res pretioſa, qvoniam jam probe ipſis notum fuit ex hiſtoria Naamanis Prophetam talia non accepturum, ſed fuit tantummodo id qvod unicuiq; ad comedendum proponitur, & ex optimis Damaſci cibi generibus, qvoniam illud accepit Propheta ut comedendum daret diſcipulis ſuis, & dicit de cibo* כל טוב דמשק *ad modum uti dicitur* Eſ. I. 19. bonum terræ comedetis *& ideo onerati fuere qvadraginta Cameli pane carne gallinis & fructibus in tantam multitudinem, ut donum vere Regium eſſe poſſet. Et cum hoc cibum ſignificet, videtur qvod id acceperit Propheta, nam cum ex itinere venerit æqvum erat ut talia illi offererentur; & propter hoc non meminit Scriptura, qvod illud acceperit, nec qvod in vituperium & opprobrium illi fuerit verſum, cum ex itinere veniens eſculenti qvoddam genus acciperet.* vel ſi mavis huc referre expoſitiones *Kimhi* & *Abarbanelis* ad cit. I. Sam. VIII. qvorum ille dicit ולא היו יודעים אם

היה מקבל ממון כמו הקוסמים שנותנים להם ממון השואלים מהם *Ignorabant qvippe an ſumeret pecunias ut divinatores qvibus pecunias offerunt qvando eos conſultant.* hic vero dicit ואני אחשוב שהיה זה מפתיותם וסכלותם שלא שיערו מעלת שמואל *& ego puto qvod factum fuerit ex ſimplicitate & ſtultitia eorum non æſtimatâ excellentiâ Samuelis.*

§. 14. Et non reſpondit ei Dominus nec per ſomnia nec per Urim nec per Prophetas. De gradibus Prophetiæ, de modis revelationum & de reqviſitis ad prophetandum non eadem eſt Ebræorum ſententia vid. *Kimhi* in *præf. in Pſalmos. Maimon. Hilk.* יסודי התורה *cap.* 7. *Abarbanel in Dan. font.* 3. *palm.* 1. 2. 3. &c. & alibi aliosq;

§. 15. Cæterum qvod hic dicatur Per ſomnium ita ait Abarbanel ad v. 15. וגם לא ענני על ידי נביאים אחרים ואפילו בשואלין בחלום *nec reſpondebat ei per alios Prophetas qvamvis interrogarent per ſomnium.* Qvantum autem ex auctoribus allatis potuimus colligere, nonulla dari ſomniorum genera comperimus. Datur enim חלום הנבואיי ſomnium *propheticum*, qvod eſt שפע שופע מהשכל הפועל על הכח הדברי ועל המדמה יחד *influxus influens ab intellectu agente in facultatem rationalem & phantaſiam ſimul;* ſomnium qvippe Propheticum eſt qvando fit revelatio intellectui & rationi & uti loqvitur porro *Maimon in More* Parr. II. cap. 45. אם שישמע דברים בחלום הנבואה וירא כאלו הש"י מדבר אותם *Si audiat in ſomnio Prophetico verba & videat, ac ſi ea ipſe DEus Benedictus loqveretur*, nec non *Abarban. ad* 1. Reg. 3. 15. שהיה שלמה בחלומו כל כך עסוק שהיה נדמה לו כאלו כל הדברים ההם בהקיץ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

בהקיץ ולא ידע ולא הכיר היותם בחלום כי אם בהקיצ׳ *Qvod ita occupatus in ſomnio ſuo fuerit* Salomon, *ut ipſi videretur ac ſi omnia ei uigilanti eveniſſent*, & *nec ſcivit nec cognovit qvod illa eſſent in ſomnio niſi poſtqvam evigilaſſet*, & ſupra in eodem capite, ubi de Somnio Salomonis diſſerit, dicit qvod Salomon in ſomnio audierit הדברים ההם כל כך ברורים וזכים *verba illa clarè adeo* & *perſpicuè*, ut viſum fuerit ipſi ac ſi vigil DEum loqventem " audiret & illi actu reſponderit " והיה כל זה לזכות חלומו הנבואיי ומעלתו & *fuit omne hoc propter dignitatem* & *excellentiam ſomnii ſui Prophetici.*

§. 16. Verum homines poſt reſurrectionem ſomnia ſomniaturos, & in ſomnis iſtis aptos futuros ad recipiendum Spiritum Propheticum, uti ſentit *Moſes de Trana*, tanqvam ſomnium relinqvimus.

§. 17. Qvando autem fit revelatio ſoli phantaſiæ & non intellectui & rationi, ita ut vel viderint in ſomnio viſionem vel ſpeciem, ſed non eam intellexerint, aut eam obliti fuerint, vel qvoq; ſimpliciter eam apprehenderint imperfectior eſt talis revelatio & vocatur חלום צודק :כ: ut exponit Vorſtius *ſomnium juſtum declarans* vel etiam *ſomnium purum verum* & *reale*. Hinc *Maimon* כאשר יהיה השפע על הדמיון בלבד יהיו החלומות צודקים *Qvando in ſolam phantaſiam influit ſomnia tantum ſunt pura*, ut ſomnium Abimelechi, Pharaonis, Nebucadnezaris &c. Cæterum non paucis monſtrari poſſet pagellis, qvam multa de ſomniis protulerunt *Maimon* & *Abarbanel in Legem* de ſomnio Pharaonis & ad 1. Reg. 3. de ſomnio Salomonis & *in Danielem* loco ſupra citato. Monebimus ſaltem iſta ſomnia jam proxime memorata, divina qvidem eſſe, non tamen Prophetica, niſi diverſo reſpectu: Somnium qvippe Pharao-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

raonis non fuit Propheticum, qvatenus eum ſomniantem conſideramus, ſed qvatenus futura concernebat, & reſpectu interpretis Propheticum dici potuit.

§. 18. Datur qvoqve חלום הקסמי *ſomnium divinatorium* falſorum Prophetarum hinc *Kimhi* ad Jer. 14. 14. כתב חכם הגדול רמ"בם ז"ל כי יש אנשים שישפע אליהם הכח השכלי בכח המדמה עד שידברו עתידות ויחלמו חולמות צודקות ומזה הכת היו נביאי הבעל *Scripſit Sapiens Maimon b. m. qvod ſint homines qvorum potentia intellectualis influit in facultatem imaginatricem, usq; qvo futura loqvantur, ſomniaq; realia ſomnient, & ex hac claſſe fuere Sacerdotes Baalis*, cæterum ſomnia iſta divinatoria poſſe merito vocari צודקות valde dubito, rectius *Abar-*
„ *banel* ad h. l. dicit qvod non ſint negotia eorum niſi falſæ Prophetiæ לפי שאינה אלא הרכבות דמיונות מבלי שפע הנבדל כלל והוא הנקרא קסם והפועל אותו קוסם *qvoniam non ſunt niſi conjunctiones imaginariæ, ſine ulla influentia Separata ſeu Angelo, & illud vocatur divinatio & cui id contingit divinator.*

§. 19. Obſervandum tamen erit Abarbanelem non ſtatuere ſemper reqviri Angelum dantem influentiam. Notum enim eſt ſomnium divinum duplici conſiderari reſpectu, vel qvatenus ab ipſo DEo immediate eſt, uti ſomnium Abimelechi Jacobi & Labanis, vel etiam qvatenus fit mediatè interventu cujusdam Angeli, uti exempla etiam habemus in N. T. de ſomnio Joſephi Matt. 1. 20. & Magorum Matt. 2. 2. & huic aſſentitur ſententiæ *in Legem fol.* 106. col. 3. היה דעת הקדמונים שהנבואה תבא מהאל והחלומות מהמלאכים והקסם מהשדים והנה התורה העידה שבאה הודעת אלהית לאבימלך בחלום הלילה על דבר שרה וכן ללבן על דבר יעקוב *fuit ſententia antiqvorum qvod Prophe-*

phetia veniat a DEo, ſomnia ab Angelis, divinatio a Diabolis: Et Ecce teſtatur Scriptura qvod advenerit admonitio divina Abimelecho de re Saram concernente, ſimiliter Labani, qvod ad Jacobum attinebat.

§. 20. Referunt qvoq; Ebræi eſſe חלום הפשוט הנהוג וטבעי *ſomnium ſimplex, ordinarium* vel morale & *naturale ut* Eſ. XXIX. 8. & Eccl. V. 3. vid. *Abarb. in Leg. fol.* 106. *col.* 3. & *fol.* 107. *col.* 4 & *in Daniel. font. III. palm.* 1. Unde ſibi indixerunt Jejunia Judæi, ut felicia inſomnia obvenirent, qvod ipſis vocatur תענית חלום *Jejunium pro inſomnio;* Imo in Sabbatho qvoq; permiſſum erat Jejunare pro inſomnio, eum in finem ut vel inſomnii interpretationem aſſeqverentur, vel malum illius omen averterent. Varia qvoqve de tractandis inſomniis ridicula habent in *Talmud. Tract. Berachot*, qvæ apud *Pfeifferum in Theol. Jud. Exercit.* 1. *Th.* 32. videri poſſunt. Qvin imo tanta ipſorum cupiditas de modis tractandi ſomnia non ſolum ad Magiam ſed & ad Atheismum deflexit, uti cenſet *Maimon in Hilk.* עכ"ום *cap. XI.* Sect. 12. המניח ספר תורה או תפלין על הקטן בשביל שיישן לא די להם שהם בכלל מנחשים וחברים אלא שהן בכלל הכופרים בתורה שהן עשין דברי תורה רפואת גוף ואינן אלא רפואת נפשות *qvi ponunt librum Legis aut Phylacteria ſuper parvulum ut dormiat non ſolum hoc ſufficit, qvod ſint numerati inter præſtigiatores & incantatores, ſed & illis accenſentur qvi denegant Legem, qvoniam faciunt verba Legis in medicinam corporis, & non ſunt niſi in medicinam animæ.*

§. 21. Nec per Urim. Cauſam qvare per Urim non accipiebat reſponſum proponit *Raſchi* & *R. L. ben Gerſom*, qvod fuerit בסבת חטא כמו כששאל באלהים שלא ענהו מצד

מה שעבר יהונתן בנו על השבועה במה שטעם מהדבש וידמה
שלא היה שם כהן ראוי שתשרה עליו רוח הקודש להיות נשאל
באורים ובתומים כי כבר הרג שאול נוב עיר הכהנים שהיו בה
הכהנים החשובים והנמלט מהם היה עם דוד *propter pecca-
tum ſicut invenimus.* 1. Sam. XIV. 38. *qvod enim ille con-
ſulens Dominum reſponſum non acciperet, ex eo factum
eſt, qvod transgreſſus fuiſſet Jonathan Filius ejus jura-
mentum guſtando mel, & videtur qvod non fuerit ibi Sa-
cerdos dignus ſuper qvem habitaret Spiritus Sanctus, qvi
interrogaret per Urim & Thummim, qvoniam jam per-
cuſſerat Nob civitatem Sacerdotum, ubi æſtimabiles fuere
Sacerdotes, & qvi ex illis evaſit cum Davide fuit.*

§. 22. Cæterum non eſt qvod qvis exiſtimet duplex fuiſſe Ephod, unum apud Davidem, apud Saulem alterum, facta nimirum collatione. 1. Sam. XXIII. 6. 9. ſeq. & c. XXX. 7. ſeq. cum hoc loco. Exiſtimant qvidam Saulem loco veri Ephod aliud ad eam formam fabricari curaſſe, alienumq; contra mandatum DEI ſubſtituiſſe ſacerdotem, vel etiam interrogaſſe in Ephod communi. Alii autem conjectant, qvod Abiathar, poſtqvam Saul Abimelechum parentem ſuum, ſummusqvi fuit Pontifex, morti tradidiſſet, verum Ephod ad Davidem fugiens ſecum tulerit, & cum hanc ob cauſam nullum apud ſe verum Ephod habuiſſet, nuncios ad Abiatharem miſit, Urim per eum de eventu belli conſulturos; id qvod ſupponit *Abarbanel* & *Kimhi*
hoc modo ומה שאמר באורים והם לא היו אצלו שהרי היו
עם אביתר שהיה עם דוד אפשר ששלח שם אנשים לשאול
בהם על מלחמת הזאת *& qvod ſcriptura dicat per
Urim, qvi non apud eum fuerunt, cum apud Abiatharem
eſſent, qvi apud Davidem commorabatur; forſitan miſe-
rit eo nuncios ad inqvirendum ab eis de bello hoc.*

§. 23. Sci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

§. 23. Sciendum erit qvod non cuilibet Urim & Thummim conſulere licuerit qvod monſtrat *Abarban. in Legem* fol. 414. col. 1. שלא אי זה אדם וגם אי זה הכהן שיתלבש הכלי ההוא יעשה זה הפעל כי אם הכהן גדול שרוח הקדש שורה עליו *qvod non qvilibet homo nec Sacerdos ornatu ſuo indutus, faceret hoc opus, ſed Pontifex Maximus ſuper qvem Spiritus Sanctus commorabatur* vid. eund. fol. 199. col. 4. & *ad Jud.* cap. 20.

§. 24. Nec Summo Pontifici pro qvolibet homine aut pro qvalibet re conſulere licuit Urim & Thummim, qvod patet ex *Tract. Joma* cap. 7. Sect. 7. באלו נשאלין באורים ותומים ואין נשאלין בהן להדיוט אלא למלך ולבית דין ולמי שהצבור צריך לו qvod interprete Sheringhamio ſic ſonat: *In iſtis inqvirebant in Urim, & non inqvirebant de privato, ſed de Rege & de Synedrio magno & miniſtro publico* & *Abarban.* fol. 199. col. 4. שישאל דבר כולל לכל ישראל לא מעשה איש פרטי *qvod qværat de re totum Iſraëlem concernente & non de re hominis privati* vid. qvoq; fol. 414. col. 1. Hinc eodem in loco & folio antecedente col. 1. ubi de benedictione filiorum Iſraël qværens qvare Moſes memorato Juda ſtatim Levi mentionem faciat, reſpondit לפי שהמלך ישאל במשפט האורים והתומים היה גם כן ראוי שיזכור ענינם אחרי זכרון יהודה המלך *Qvoniam Rex interrogabat judicium Urim & Thummim, conveniens ergo fuit, qvod de hiſce rebus mentionem ſcriptura faceret, poſtqvam de Juda Rege loqvutus fuerat.*

§. 25. Qvalis autem modus revelationis per Urim & Thummim fuerit in obſcuro relinqvunt eruditi. Diſtinctam tamen Speciem fuiſſe aſſerunt conſiderando h. l. & Exod. 28. 30. Lev. 8. 8. Num. 27. 21, qvippe cum inter alios conſulen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ſulendi modos hic qvoqve præcipiatur & a reliqvis diſtingvatur.

§. 26. Maimon qvidem qvem citat Abarb. fol. 199. col. 4. vult שעינין האורים ותומים היה ממדרגת רוח הקדש והיא מדרגה למעלה מן בת קול ולמטה מהנבואה *Qvod Urim & Thummim fuerit e gradu Spiritus Sancti, qvi erat eminentior gradus Filiâ vocis, ſed inferior gradu Prophetiæ* vid. etiam *R. Bechai* fol. 115, col. 3. Sed inſtantiam ad ſententiam Maimonidis adfert fol. ſeqq. col. 1. אם מדרגת הנבואה היא למעלה ממדרגת האורים איך יתכן שיהיו יעודיהם קיימים בלתי חוזרים ויעודי הנבואה חוזרים *Si gradus Prophetiæ erit ſuperior gradu Urim, qvomodo convenit, qvod prædictiones & Urim ſtabiles fuerint & irrevocabiles, & prædictiones Prophetiæ revocabiles.*
„ Porro cum Prophetæ non qvando voluerunt Prophetiæ
„ donum haberent איך יתכן שבמעשה האורים והתומים שהיא מדרגה שפלה מכל מדרגות הנביאים היה הכהן גדול מוכן בכל עת שירצה להשיג השגתו שווה למדרגת משה רבינו בנבואתו *Qvomodo convenit qvod opus per Urim & Thummim ſit* (ſecundum ſententiam Maimonidis) *gradus infimus omnium graduum Prophetiarum, cum Pontifex Maximus æqve ac Moſes in Prophetiis ſuis omni tempore ſit diſpoſitus qvando placuerit, comprehendere apprehenſionem ejus.*

§. 27. Qvicqvid tamen ſit in eo conſentiunt qvod revelationis iſte modus fuerit per Spiritum Sanctum *R. Bechai & Maimon* l. c. מיד היה הכהן מתלבש ברוח הקדש ומביט בחשן ורואה בו במראה הנבואה *Indutus Sacerdos ſtatim per Spir. S. & intuens pectorale videt in eo ſicut in viſione Prophetica Abarb.* fol. 414. col. 1. de excellentiis Levitarum loqvens dicit qvod omnium eminentiſſima

ſit

רוח הקדש שהיה מגיע לכהן בהתלבשותו באורים ותומים ſit *Sp. S. qvem ſenſit Sacerdos cum indueret Urim & Thummim.* Differentiam autem inter Prophetiam & revelationem per Urim & Thummim haud obſcure monſtrare videtur l. c. 1. כי אף על גב שהיעודים הנבואיים היו חוזרים כפי הכנת המקבלים הנה תשובת האורים והתומים לא היתה חוזרת *Nam qvamvis prædictiones Prophetarum fuerint revocabiles, ſecundum diſpoſitionem recipientium, Ecce reſponſio per Urim & Thummim revocari non potuit.* 2. הנבואה לא היה בחק הנביא לנבא בכל עת שירצה מלבד משה רבינו אמנם האורים והתומים היו משיבים בכל שעה שיתלבש הכהן *Prophetia non fuit de qvalitate Prophetæ ut prophetare poſſet qvocunqve tempore vellet, Moſen Doctorem noſtrum ſi exceperis, verum qvocunqve momento indutus fuit Sacerdos reſponſa dederunt Urim & Thummim* 3. differentiam qvoqve inter Prophetiam & Urim & Thummim in eo eſſe ex Abarbanele colligi poteſt, qvod non niſi ea qvæ inſtabant revelarent Urim & Thummim, Prophetæ vero ea qvæ multis poſt annis futura eſſent. Sic enim fol. 200. col. 2. ait היה משפט האורים בלבד בדברים שיהיו תכף ובמעט זמן כאלו תאמר הארדוף אחרי הגדוד הזה השיגנו ודומיהם *Urim ſaltem in rebus adhibitum fuit, qvæ jam inſtabant, ac ſi dicas: Perſeqvarne illud agmen? Num attingat nos? & ſimilia illis.*

§. 28. Nec per Prophetas, de derivatione vocis נביא non inter ſe conſentiunt Rabbini, lubet vero ſententias eorum inter ſe conferre. *Raſchi* ad verba Exod. 7. 1. & Aaron frater tuus erit נביאך Propheta tuus, dicit מתרגומו מתורגמנך וכל לשון נבואה אדם חמכריז ומשמיע לעם דברי תוכחת והוא מגזרת ניב שפתים ינוב חכמה ויכל

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

מהתנבות דשמואל ובלעז קורין פרידיגיר *Ex Targum inter-
pres tuus*, *& omnis vox Prophetia hominem conci-
onatorem ſignificat & promulgantem populo verba incre-
pationis & hoc eſt ex derivatione.* Eſ. 57. 19. fru-
ctus labiorum & Proverb. 10. 31. Os juſti profert Sapi-
entiam & 1. Sam. 10. 12. cum abſolviſſet Samuel Pro-
phetare *& in lingva exotica dicitur* Prediger. *Kimhi* in
l. Rad. & *Sal. Ben Mel.* הוא יהיה לך לפה כמו שנביא מדבר
לעם בשליחות האל כן ידבר הוא בשליחותך מה שתאמר לו כמו
שאמר ואתה תהיה לו לאלהים *Ille erit tibi vice oris. Sicut
enim Propheta loqvitur ad populum in miſſione DEI, ſi lo-
qvitur ille in miſſione tua id qvod ei dicas, uti dicitur.* Et
tu eris illi in DEum *Ab. Ezra* autem tali modo האומרים כי
נביא מגזרת ניב שפתים איננו נכון כי שורש ניב השניים לפי
דעת חכמי צרפת ומעלומי העין לפי דעת חכמי ספרד ושרש
נביא שלש אותיות והעד נביאים ויתנבאו כי האלף שורש ועוד
כי ניב שפתים כמו פרי כי הוא מגזרת תנוב עוד ינובון בישיבה
והעד נאמן וניבו נבזה אוכלו ועוד מהטעם השב אשת האיש
כי נביא הוא אם פירושו דברן הוא רק פירושו הוא נביא שאגלה
לו סדי כי אם גלה סודי על עבדיו הנביאים והוא מתענג עלי
וחיה בעדך יתפלל כן ועל *dicunt qvod vox* נביא *ſit ex de-
rivatione* ניב שפתים *ſed non eſt rectum. Nam radix vocis*
ניב *eſt vel ex geminantibus ſecundum ſententiam ſapi-
entum Gallorum vel ex qvieſentibus ſecunda radicali
ſecundum ſententiam Hiſpanorum ſapientum. Sed radix*
נביא *conſtat tribus literis qvod probant voces* נביאים *&*
יתנבא *Qvarum Aleph eſt radicale. Porro* ניב שפתים *ſi-
gnificat idem ac fructum, qvoniam illud eſt ex derivatio-
ne* נוב *cum dicitur* Pſ. 92. 25. & adhuc germinabunt in
canitie, *& vere id etiam probatur ex* Mal. 1. 12. וניבו &
fru-

fructus ejus corruptus cibus. *Et præterea qvis erit ſenſus:* Reſtitue uxorem viro, qvoniam Propheta ille Gen. 20. 7. *Non denotatur locutor ſed denotatur voce* נביא *ille cui DEus arcana revelat ad modum* Amos. 3. 7. niſi revelaverit verbum ſuum ſervis ſuis Prophetis, oblectat ſe in me, ideo orabit pro te ut vivas. Unde colligimus vocem נביא melius derivari a נבא qvam a ניב. Audiamus qvoq; *Abarbanelem* in *Dan. font. 3. palm. 2.* Ubi ſententiam recitat Rabbinorum, qvi tamen derivationi vocis נביא a ניב eſſe ſentit, ut etiam in com. ad Zach. 13. qvi tali modo loqvitur

שעם היות שאמרו ח״ז פעמים נביאים שם כולל לכל מקבל שפע עליון הנה בעצם וייחוד רצו בשם הנבואה שליח אל העם להנהיגם ולהודיעם דרך זו ילכו כי לכן נקרא נביא מלשון ניב שפתים ואמר נביא יקים לך ה׳ אלקיך מאחיך כמוני אליו תשמעון נביא אקים להם וגו׳ ונתתי דברי בפיו נביא לגוים נתתיך לך הנבא אל עמו ישראל שתמיד שם נביא נאמר על השליח על העם להנהגתו ומוסרו אמנם מי שיראה מראה הנבואה ולא יהיה שליח אל העם יקרא רואה או חוזה לא נביא בשם מיוחד וזה ענין היה דבר ה׳ אל אברהם במחזה שראה מראות אלהים. אבל לא היה אברהם שלוח לזולתו

Qvod ſi ſit qvod dicunt Sapientes *b. m. interdum vocem* נביאים *generaliter comprehendere unumqvemqve recipientem influxum ſuperiorem, ſic voluerunt proprie & ſingulariter indicare nomine Prophetiæ* הנבואה *miſſum ad populum ad eos gubernandum, & monſtrandum eis viam qva incederent. Ideo enim vocatur* נביא ex *ſignificatione* ניב שפתים & *dicit ſcriptura* Deut. 18. 14. ſuſcitabit tibi Dominus DEus tuus Prophetam e fratribus tuis ut ego ſum illum audietis & v. 18. Prophetam ſuſcitabo illis etc. & ponam verba mea in ore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ejus & Jer. 1. 5. Prophetam Gentibus dedi te, & Amos. 7. 5. vade propheta populo meo Iſraël. *Ut adeo vox* נביא *ſemper dicatur de miſſo ad populum ad gubernandum & erudiendum eum. Verum qvi videt viſionem Propheticam & non eſt miſſus vocatut* רואה *aut* חוזה & *non nomine peculiari Propheta & ſic erit ſenſus* Gen. 15. 1. fuit verbum Domini ad Abrahamum in viſione *qvod ſc. viderit viſiones DEI, ſed non fuit Abrahamus Propheta miſſus ad alium,* Similiter ponit talem diſtinctionem inter ראה & נביא 1. Sam. 9. 9. שם ראה היה נאמר על השגת דברים במראה הנבואה ושם נביא נאמר על ספרו הענינים שהשיג לבני אדם *Nomen* ראה *dictum eſt de apprehenſione rerum per viſionem Propheticam ſed vocabulum* נביא *dictum de annunciatione rerum apprehenſarum ad populnm.* Atq; ex hiſce allatis notamus qvod προφήτης ἑρμηνευτής ἐςι τοῦ θεοῦ, ut loqvitur Chryſoſtomus, *Propheta ſit interpres* DEI & ille cui DEus arcana revelat, qviq; ad populum mittitur ad eum erudiendum & ad voluntatem DEI ei annunciandum.

§. 29. Varia qvoqve reqviſita Prophetæ enumerant. *Maimon* in יסודי התורה cap. 7. Sect. 1. אין הנבואה חלה אלא על חכם גדול בחכמה גבור במדותיו ולא יהא יצרו מתגבר עליו בדבר העולם *Non cadit prophetia niſi ſuper ſapientem, qvi ſapientia eſt eximius & ſuper imperantem affectibus atq; ſuper eum qvi non ſinit concupiſcentiam prædominari in rebus mundanis.* R. Joſ. Albo in Ikkar. ſerm. 1. cap. 19. אין השכינה שורה אלא על חכם גדול ועשיר ובעל קומה *Non recubat divinitas niſi ſuper ſapientem divitem & ſtatura excelſum.* Sed bene præmonet Albo DEum dare donum Prophetiæ למי שירצה מבני אדם מבלי שיקדמו לו התכונות הטבעיות *Cui voluerit ex*

filiis

filiis hominum ſine præviis diſpoſitionibus naturalibus.
Eadem verba Rabbinorum ex *Nedarim* & *Schabat* recenſet
Abarbanel & fuſius refutat ad 1.Reg. 3. Summa verborum
illius hæc eſt. Qvomodo dici poteſt has conditiones cor- “
porales abſolute eſſe neceſſarias & conducentes ad Pro- “
phetiam & qvot qvæſo Prophetæ pauperes & imbecilles “
fuerunt? Qvod ſatis indicat ea ad Prophetiam reqviſita “
haud qvaqvam eſſe neceſſaria, ſed potius per Providen- “
tiam divinam eſſe adjuncta Prophetarum, cum DEo vi- “
ribus & operibus manuum benedicere libeat. Indiget “
qvippe Propheta fortitudine cum increpare populum ne- “
ceſſe erit, opus qvoq; habet divitiis ne in acqvirendo vi- “
ctu diſtrahatur animus; Et ideo non tanqvam anteceden- “
tia ſed ut conſeqventia Prophetiæ hæc eſſe in Gemara di- “
xerunt. Nec eſt dubium qvin Salomon Sapientior & diti- “
or fuerit Jeremia, & Joab fil. Seruja fortior & Saul ſta- “
tura excelſior. Anne ergo ſeqveretur qvod Jeremias Pro- “
pheta non eſſet, aut qvod vere Propheta dici non poſſet, “
qvia in hiſce donis ad reliqvos accedere non potuit?

§. 30. Ad Prophetandum reqviri qvoqve הכנת המקום
diſpoſitionem loci שאין שכינה שורה בחוצה לארץ *qvoniam
non divinitas habitat extra terram ſanctam* ut cenſent
Ebræi. Sic *Kimhi* dicit de Jona, qvod non ſolum ipſe o- “
mnem navis mercedem dederit, ut eo celerius feſtinaret “
ad fugiendum, ne retardaretur exſpectatione mercatorum “
(ratio autem qvare ſolus conducere navem potuit hæc fuit
שאין שורה הנבואה אלא על אדם עשיר *qvia non habitat di-
vinitas niſi ſuper divitem*) Sed & exiſtimat qvod ea pro- “
pter fugerit מלפני ה' a coram Domino כי חשב שאם יצא
מארץ ישראל לחוצה לארץ לא תשרה עליו רוח הנבואה
qvod ſi exiiſſet e terra Iſraelis non habitaret ſuper eum

 Spi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

Spiritus Propheticus. Idem ſentiunt *Rashi* & *Abarbanel.* Sic etiam de Amos in expoſitione Prophetiæ ſuæ dicit *Abarbanel* עם היותו בלתי מלומד בחכמה כי הוא היה בנוקדים אשר בתקוע נחה עליו רוח השם והשפעתו מציון אשר שם היה ארון האלהים מקור השפע *Etiamſi nulla doctrina fuerit imbutus: fuit qvippe inter paſtores Thecoenſes, qvievit tamen ſuper eum Spiritus Domini & influentia ejus è Zion ubi arca Domini fons influentiæ fuerat.* Sed ſi hoc ſuccederet qvid de illis qvi in captivitate Prophetarunt dicendum, & videat ipſe qvid de Ezechiele ad cap. 1. dicit. זכר הנביא ארבע זריות *qvatuor res extraordinarias meminit Propheta*, qvas inter hanc refert, qvod non in terra ſancta ſed in captivitate fuerit, concluditqve עם כל המניעות האלה חל עליו שם יד ה׳ באותו מקום בלתי מוכן & *non obſtantibus omnibus hiſce impedimentis cecidit ibi ſuper eum manus Domini ubi non fuit locus ordinatus ad Prophetandum* & in comm. ad 1. Sam. 3. 21. ait לא באה הנבואה לשמואל בסבת המקום *Non venit Samueli Prophetia propter commoditatem loci.*

§. 31. Loqvitur etiam Scriptura de בני הנביאים *filiis Prophetarum* qvod Targum explicat per תלמידי נבייא *diſcipulos Prophetarum* 2. Reg. 2. 3. dicitur qvippe in Gemara Sanh. כל המלמד בן חבירו תורה מעלה עליו הכתוב כאלו ילדו *Qvicunqve docet filium proximi ſui legem de eo dicit Scriptura ac ſi eum genuiſſet* vid. qvoq; *R. Bechai* & *Raſchi ad Gen.* 12. nec non *R. S. Ben Melech* item ad 2. Reg. 2. 3. & ad Pſ. 34. *Raſchi Kimhi* & *Ralbag* ad 1. Sam. 10. *Jalkuth* ad 2. Reg. 2. Nimirum habuerunt Prophetæ Scholas ubi diſcipulos informare ſolebant & ſic qvoqve Samuel de qvo *Abendana* in notis ad *R. S. Ben Melech* ad 1. Sam. 19. אמרו שזה המקום היה בית המדרש לבני הנביאים שהיו יושבים

יושבים שם ולומדים לפני שמואל וכן תרגם יונתן בבית אולפנה *dicunt qvod locus hic*, nempe Ramah, *fuerit Schola filiis Prophetarum, ubi ſedebant & diſcebant coram Samuele, & ſic Jonathan Caldaice tranſtulit* in domo Doctrinæ.

§. 32. Cæterum non tam dicendum erit qvod hi diſcipuli Prophetarint, qvam qvod laudes Deo cecinerint ut 1. Sam. X. 5. Targum & interpretes exponunt per משבחים *laudantes* uti ait *Abarbanel*, qvam tamen expoſitionem rejicit, dicendo ענינו שהיו מכינים עצמם ומתבודדים להנבא כי מתנבאים הוא בנין התפעל מהנבואה *ſenſus eſt qvod præparaverint & ſegregaverint ſe ad Prophetandum, qvoniam vox* מתנבאים *eſt Hithpahel ex* הנבואה ſed, textum inſpicienti patebit de actu prophetandi eſſe ſermonem, qvando habetur verbum מתנבאים prophetantes & והתנבית & prophetabis. Prædicitur qvippe qvid viſurus eſſet Saul & qvid ipſe eſſet facturus qvod de præparatione ſumere minus eſt veriſimile, cum tam brevi tempore fieri vix poſſet. Sed in comment: ad 1. Sam. 19. dicit חכמי הגוים פירשו ההתנבאות הנזכר לשון שבח והלול שהיו משבחים ומהללים לאל ית׳ *Sapientes Gentium* (Nota, ſic Jonathan & Kimhi etiam erunt è Gentibus) *dicunt qvod vox memorata* יתנבאו *ſignificet laudationem & hymnum, nempe qvod fuerint laudantes DEum hymnis*. qvam cum admittere non velit expoſitionem, inqvit שהיו הם כלם נביאים רוצה לומר מגידים העתיד להיות והוא שימלוך דוד על כל ישראל ושלא ישליט האלהים אל שאול להמיתו. *Qvod omnes illi prophetarint volens dicere indicantes futurum & hoc fuit ut David ſuper totum regnaret Iſraëlem nec DEus Sauli eum occidere permitteret.* Cæterum etiamſi prophetaverint laudatio tamen non excluditur, id qvod non abnuit Kimhi, ad cujus dicti elucidationem verba illius proferre oportet לקרות

תרגומו

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

תרגומו סיעת ספריא ר"ל תלמידי חכמים כי ת"ח נקראו
סופרים נביאים תרגומו משבחין כלומר היו אומרים שירות
ותושבחות לאל ברוח הקדש ואפשר שהיו מתנבאים נבואות
עתידות קרובות בזמנן נצב מלמד אותם וממונה עליהם
להורותם מה יעשו וכ"תי קאים ומליף עליהון *vocem* לקת *Targum cætum* Scribarum *volens dicere diſcipulos Sapientum, qvoniam diſcipuli ſapientum vocantur* Scribæ. *vocem* נביאים *prophetantes exponit Targum per laudantes, ac ſi diceret per Spiritum Sanctum DEo cantica & laudes dicebant, & forſitan prophetarunt de rebus brevi futuris.* נצב כ: *docens eos & illis præfectus ad monſtrandum qvid facerent & Targum vertit; ſtans & illos docens.* Hic vocem נביאים *Kimchium* pro laudibus ſumere in confeſſo eſt, de prædictione autem futurorum ipſe dubitat imo determinate, uti Abarbanel, qvid prophetarint aſſerere non audet. Et ſane etiamſi התנבא ex ſignificatione Hithpahel pro præparatione ad prophetandum ſumat 1. Sam. X. nihilominus tamen pro laudibus & precibus ſumi debet primario, qvibus ſe præpararunt Prophetarum filii ad recipiendum influxum divinum, qvæ pietatis exercitia DEo ita placuiſſe probabile eſt, ut interdum è tam pio illorum cætu prophetas elegerit. Qvare qverelam Prophetæ Amos cap. 7. 14. 15. conſentiente Kimhio exponit Abarbanel אני לא הכינותי עצמי לנבואה ולא נתעסקתי בלמודה; *Non præparavi me ipſum ad Prophetiam nec occupatus „fui in Doctrina ejus.* Nimirum nec fuit unqvam in Scho„la Prophetarum nec diſpoſitiones ad Prophetandum aut „natura poſſedit aut ſtudio acqviſivit, nec deniqve illud „habuir reqviſitum, qvod plurimum valet ad aſſeqvendum „Prophetici muneris honorem qvod הוא ההדבקות באל יתברך על ידי הכנתו והתבודדותו *eſt arcta DEo adhæſio præ-*

præparando ſe & ſegregando ſe nempe a mundo לפי שההתבודדות הוא ההפעלות שיעשה הנביא להמשיך ולהביא השפע העליון *qvoniam ſegregatio eſt affectio & opera Prophetæ qvam adhibet ad pertrahendum & ſuper ſe adducendum influxum Altiſſimi*, uti vult *Abarbanel* in inqviſit. tert. ad præf. in Prophet. Min.

§. 33. Preces qvoqve ad Prophetiam reqviri exemplo Jeremiæ patet cap. XXXIII. 3. unde *Raſchi* קרא אלי ואענך להודיעך העתידות *Clama ad me & reſpondebo tibi ad indicandum tibi futura.* Qvin imo ſacrificia ad eam reqviri vult ipſe *Abarbanel* ad 1. Reg. III.

§. 34. Cæterum vox נביאים pro cantantium choro ſumitur 1. Chron. 25. 1. & 1. Reg. XVIII. 29. de ſacerdotibus Baalis dicitur qvod יתנבאו *prophetarint*, qvod de præparatione ad prophetandum accipi neqvit, ſed de precibus & oratione ſumendum eſſe arbitror ex contextu. Qvantumvis licet *Schindlerus* in Lexico ſuo moneat, qvod hoc verbum Hithpahel ſecundum naturam conjugationis pro fictitia & falſa Prophetia ſumi debeat, ſicuti qvoqve Prov. 13. 7. מתעשר ſignificat eum qvi ſe divitem ſimulat, & *Kimhi & R. S. Ben Melech* dicunt דברו דברי התולים שהיה מנהגם לומר לפני הבעל ותרגומו ואשתטיאו *loqvuti ſunt verba ludificationum ut loqvi ſolebant coram Baale, qvod Targum explicat, & ſtultitias loqvebantur*, & ipſe *Abarbanel* hunc in modum שהיו מדברים דברים ואמירות רכות לעומת אלהיהם *qvod loqvuti fuerint verba & ſermones lenes coram Diis eorum.*

§. 35. Poſitis jam hiſce de Prophetis & Filiis Prophetarum ex mente Rabbinorum, proferendæ nobis erunt ſententiæ eorum, qvare DEus Sauli per Prophetas non reſpondebat. Dicit *Maimon* l. c. Sect. 5. שאין הנבואה שורה

 לא

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

לא מתוך עצבות ולא מתוך עצלות אלא מתוך שמחה *Non reſidet Prophetia apud ægritudines aut dolores ſed in medio lætitiæ* ideo forſan ad id alludere videtur *Abarb.* ubi ad h.l. in 1. Sam. 28. infert אחרי מותו ספדו עליו כל ישראל ונעדר השפע ולא נשאר אחריו דבר *poſt mortem illius plangebant eum omnes Iſraëlitæ & amiſſus eſt influxus, nec qvicqvam poſt eum relictum eſt*. Sic de Elia notanda veniunt qvæ habet ad 2. Reg. 3. 15. צוה שיקחו לו מנגן כדי לשמח לבו להשרות הנבואה עליו ואמרו המפרשים שבעת שלוקח אליהו רבו לו שרתה עליו הנבואה ולכן נצטרך להכין רוחו ונשמתו בנגון ההוא וח"זל אמרו שמפני שנתכעס עם יהורם הוצרך לזה אמרו כל המתכעס אם הוא נביא נבואתו מסתלקת ואם הוא חכם חכמתו מסתלקת *Mandavit ut ſumerent ſibi citharam ad lætificandum cor ſuum, ut ſuper ſe prophetiam qvieſcere faceret, & dicunt Interpretes, qvod, ex qvo Elias Magiſter ejus fuit raptus, non habitaverit ſuper eum Prophetia & ideo neceſſe fuit, ut cithara iſta animum & Spiritum ſuum præpararet. Et dicunt ſapientes b. m. qvod iratus Joramo omnino id facere deberet: dicunt enim; qvicunqve iraſcitur ſi ſit propheta prophetia ejus aufertur & ſi ſit Sapiens Sapientia ejus.* Qvibus exiſtimat qvod non ira ſolum in cauſa fuerit privationis Prophetiæ, ſed & raptus Eliæ, & ſic. ad 2. Reg. 2. כשנגנז אליהו נסתלקה מהם רוח הקדש *Ex qvo raptus fuit Elias ablata eſt ipſis Spiritus Sanctus.*

§. 36. Verum univerſale illud non eſſe vel ipſi fatentur Judæi proferentes exemplum Aaronis & filiorum, qvi ne tempore qvidẽ mæſtitiæ Spiritu Prophetico deſtituebantur; qvibus accedunt eruditi Chriſtiani, deſumpto argumento ex exemplis Jeremiæ & Danielis, imo ipſe Abarbanel ex exemplo

emplo Ezechielis, qvi omnes ob triſtem captivitatem triſtitia pleni, læta tamen vaticinia non raro protulerunt.

§. 37. Mortem autem Samuelis vult *Abarbanel* eſſe cauſam qvare DEus Sauli non reſpondebat, & qvidem non ſimpliciter, ſed qvia in vivis cum etiamnum fuiſſet aliis ſuam Prophetiam communicaret, ut haud obſcure indicat his verbis בהיות שמואל חי באמצעתו היה חל השפע בכל המתבודדים להשיגו *cum viveret Samuel cecidit illo mediante influxus ſuper omnes qvi ſe ſegregabant ad eum recipiendum.* Nimirum exiſtimant Judæi Prophetas diſcipulis Spiritum Prophetiæ ſuæ poſſe commnicare. Sic Ralbag ad 1. Sam. 10. 20. השפיע שמואל מן רוח אשר עליו עליהם ויתנבאו *dedit Samuel illis e Spiritu qvi ſuper ipſum fuit & Prophetarunt*, videantur qvæ de hoc eodem Samuele aſſerit *Abarbanel* ad 1. Sam. 3. & ad 1. Sam. 19. 18. ſemel atqve iterum, nec non ad 2. Reg. 2. ubi qvoqve ſententiam ſuam fuſius declarat de Elia & Eliſæo & filiis Prophetarum; infert qvippe dictum Rabbinorum פני משה כפני חמה פני יהושע כפני לבנה *facies Moſis ſicut facies ſolis facies Joſvæ ſicut facies Lunæ* qvod ita explicat, כלומר שיהושע מצד עצמו לא היה ראוי לחול בו השפע הנבואיי אבל באמצעות משה השיג כל מה השיג ולכן היה משה במדרגת החמה שחולקת אור אל הירח ויהושע במדרגת הלבנה שמקבלת האור מהנה אין לה אור מעצמה *qvod Joſva reſpectu ſui ipſius non fuerit dignus ut ſuper eum caderet influxus Propheticus, ſed mediante Moſe apprehendit qvicqvid apprehendit, & ideo fuit Moſes ſimilis Soli qvi lucem ſuam Lunæ communicat & Joſva Lunæ, qvæ in ſe lucem non habet ſed lumen ſuum mutuatur a ſole* וכן היה בכאן ענין אליהו שהיה כל כך מושפע בנבואתו שרבים מבני הנביאים היו מתנבואים באמצעותו *Et ita hic ſe res cum*

Elia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

Elia habuit; tantam qvippe in Prophetia ſua influentiam habuit, ut multi ex filiis Prophetarum ejus auxilio prophetarint, & ulterius ſuam ibidem profert ſententiam, ,, nec non Eliam comparat fonti, qvo obſtructo, fluere ceſſant rivuli. Sed tutior eſt ſententia *R. Joſeph. Albo* ſupra notata nempe DEum dare Prophetiam & qvæ dicit ſerm. 2. cap. 8. נבואה הוא שפע שופע ברצון א־הי *Prophetia eſt influxus influens per voluntatem divinam*, qvod & ante notavimus ex Abarbanele de Samuele dicente, qvod ex voluntate divina ſua habuerit.

§. 38. Fruſtra ergo Saul qværens DEum, pergit Scriptura v. 7. Dixit ergo Saul ſervis ſuis: Qværite mihi mulierem habentem Pythonem &c. DEus ſerio admonet Iſraëlitas, ne gentium mores imitarentur cum terram promiſſam inhabitarent, nec uti gentes præſtigiatores Maleficas &c. conſulerent, ſed eſſent Sancti coram DEo ipſorum, & hinc obſervant Ebræi, notante *Spencero*, qvod ideo poſt legem datam de veneficis, ne eas adirent Lev. 20. v. ult. ſtatim ſubjungatur cap. 21. de Lege Sacerdotum, ne, ſi qvid dubii haberent, neceſſe illis foret abominationes gentium committere, cum DEus Sacerdotes conſtituiſſet, qvi in rebus dubiis Seipſum conſulendi per Urim haberent licentiam. Unde qvoqve *Abarbanel* ait in *Legem* fol. 200 col. 1. & 2. כדי שהאומה בעת הצורך אולי שיהושע בנבואתו לא יהיה מוכן להנבא לא תהיה חסרה מידיעת העתיד לבוא עליה לכן המציא ההשגחה האלהית המעשה הזה מהאורים והתומים שבכל עת יוכלו לדעת בו פעל אל *Ne populus urgente neceſſitate, forſitan qvia Joſva in ſua Prophetia non fuit diſpoſitus ad prophetandum, laboraret defectu cognitionis futurorum, ideo Divina providentia hoc factum per Urim & Thummim introduxit, ut omni tempore ſcire poſſet*

poſſet qvid Dominus operaretur. Et paulo poſt כדי שלא יחסר להם מגיד מה שיהיה ויצטרכו לבקש מנחש מעונן ומכשף *ne ſi deficeret ipſis futura annuncians neceſſe haberent qværere Præſtigiatorem Augurem* &c.

§. 39. Non ſolum igitur Prophetis caruit Saul, ſed etiam nulla per Urim accipiebat reſponſa, dixit ergo ſervis ſuis, ut Pythoniſſam qværerent, qvam in Endor eſſe regebant; Servos autem fuiſſe Amaza & Abner, qvi qvoqve cum ipſo Pythoniſſam adierunt, & Pythoniſſam fuiſſe uxorem Tzephaniæ Abneri matrem citant ex Midraſh *Kimhi* & *Abarbanel.* Poſterius autem refutat *Abarbanel* כי איך יצא המלך מן המחנה ולא ישאר אבנר שהיה שר הצבא והוא העומד בתוך המחנה במקום המלך *nam qvomodo exiret Rex e caſtris & non ibi relinqveret Abnerum Principem exercitus, cum ille in caſtris eſſet loco Regis,* & paulo ante שאם היה כך היתה מכירה את שאול *qvod ſi ſic fuiſſet, Pythoniſſa cognoviſſet Saulem.* Nec prius admodum probabile videtur cum 1. Sam. 22. 17. dicat, qvod curſores occidere Sacerdotes noluerint לפי שהיה דבר רע בעיניהם ובדרש אמרו שהיה אבנר ועמשא *qvoniam res mala fuerit in oculis eorum & in Midraſch dicunt qvod fuerit Abner & Amaſa.* Cum igitur Saulis juſſu Sacerdotes interficere noluerint, haud abſimile videtur qvod eadem pietate moti Pythoniſſam inqvirere detrectarint, niſi dicere velis qvod priorem pietatem reliqverint.

§. 40. Anteqvam autem ulterius progrediamur lubet indagare qvid per ידעני , מנחש מכשף , מעונן חובר, intelligant Rabbini. Qvare vero אוב fœmininam in plurali habet terminationem monet *R. Ab. Ezra* ad Levitic. 20. v. 27. כי זאת האמונות ביד הנשים יותר *qvoniam hoc artificium magis per mulieres exercetur.*

Qvid autem eſt docet nos *Tract. Sanh.* cap. 7. Sect. 7.
בעל אוב זה פיתום המדבר משחיו *qvod ſit Python loqvens*
per axillas ſuas. Raſchi in Deut. 18. 11. זה המכשפות
ששמו פיתום ומדבר משחיו ומעלה את המת בבית השחי שלו
Eſt præſtigatrix, cujus nomen Python, loqvens ex axillis
ſuis & aſcendere faciens mortuum ex loco axillarum ſua-
rum. vid. *R. S. Ben Melech* ad h. l. *& ad Lev.* 20. *Jalkuth*
ad 1. Sam. 28. *Aruch*, & *Kimhi in lib. Rad.* & *Abarbanel*
ex Rabbinorum mente *in Legem fol.* 370. col. 3. qvi qvo-
qve proponit ſententiam *R. Abrahami* dicentis פירוש
ושואל אוב מגזרת ובאובות חדשים יבקע כי עקר האמונות ככך
Expoſitio ꝰ שואל אוב *eſt ex derivatione* Job. 32. 19 ven-
ter meus ſicut utres novi findetur, *nam ita præcipuum ar-*
tificium ſe habet vid. *Ab. Ezram* in h. l. *Buxt.* Lex. Hebr.
& *Seld. de Diis Syris Syntagm.* 1. c. 12. *Bartenora ad Sanh.*
cap. 7. Sect. 7. אוב זה פיתום לוקח גלגולת של מת לאחר
שנתאכל הבשר ומקטיר לה ושואל ממנה העתידות והיא משיבה
Obh eſt Python accipiens cranium mortui poſtqvam caro
ejus conſumpta eſt, & ſuffitum faciens & qværens ab illo
futura illudq; reſponſa dedit. Videntur autem hæ diver-
ſæ eſſe expoſitiones utramqve tamen conjungit *Maimon*
in Hilk. עכ״ום cap. 6. fol. 32. vult enim eum eſſe Pytho-
nem הלוקח גלגולת המת ומקטיר לה ומחשבה עד שישמע
כאילו קול יוצא מתחת שחיו שפל עד מאד ומשיבו *Qvi acci-*
pit cranium mortui & ei ſuffitum facit & ſecum cogitat vel
muſſitat, donec audierit vocem exeuntem ab axillis valde
„ *demiſſam ei reſponſa dantem.* Addit inſuper Pythones
„ certum qvoddam genus ſuffitus adoleviſſe & vergam myr-
„ team in manu agitaſſe, & ſic certa qvædam verba muſſi-
„ tantes voce admodum ſubmiſſa reſponſa ad id qvod qvæ-
„ rebant acceperunt.

§. 41. No-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

§. 41. Notandum autem erit אוב hic poni & non דורש אל המתים etiamſi mortuos hæc Pythoniſſa conſuluerit: illo enim nomine melius inſigniri poteſt ſecundum mentem Rabbinorum. *Abarbanel* enim *in Legem* fol. 370. col. 3. prolata ſententia *R. Abrahami* ex hac ipſa hiſtoria Pythoniſſæ ſic infert ולפי זה היה ראוי שנתן החפרש אשר בין שואל אוב לדורש אל המתים ונראה שהשואל באוב הוא המעלה את המת ושמע את דבריו והדורש אל המתים הוא ההולך לבית הקברות לדרוש אל המתים שיבאו אליו בחלום ויודיעהו מה שירצה: *Et ideo conveniens fuit qvod poſuerit R. Abraham differentiam inter Pythonem & conſulentem mortuos, & videtur qvod Python ſit qvi excitat mortuos & audit verba ejus, & conſulens mortuos ſit ille qvi ad cæmiterium venit ad conſulendos mortuos, qvi ad eum in ſomno veniunt indicantes qvod diſiderat* vid. præterea qvæ ex *R. Abrahamo* citat *Abarbanel* etiam qvæ *R. Sirſa* habet in *Makor Chajim* fol. 117. col. 3. addatur, tamen qvod ambo dicant eum גם בחלום גם בהקיץ *tam in ſomno qvam cum vigil ſit* reſponſa accipere. In *Toſephoth Jom Tob.* ad l. c. Sandh. habetur qvod Python אין זה דורש אל המתים לפי שדורש אל המתים אינו עושה המעשה *non ſit isqvi conſulit mortuos, qvoniam interrogans mortuos non facit ullum opus. R. Joſeph. Albo* in Ikkar. lib. 3. cap. 1. יש שהיו עושים עשונים והקטרות להתחבר עם המתים ולנים בבית הקברות כדי שיחול עליהם רוח טומאה מן המתים עד שהיו קוברים מתיהם בבתי ע"א שלהם והיו נאספים שם האנשים והנשים יחד ועומדים על הקברים ומתפללים שם ומתוך כך היה רוח הטומאה מן המתים חל עליהם או על כומריהם ומגידים להם העתידות הקרובות לבוא עליהם *ſunt qvi faciebant ſuffimenta ut conjungerentur cum mortuis & pernoctabant in cæmiteriis ut Spiritus impurus mortuorum ſuper*

per ipſos veniret; Usqve qvo ſepelirent mortuos ipſorum in templis eorum Idololatricis, & ſic ibi viri pariter ac fœminæ congregabantur & ſtantes ſuper ſepulchra orabant, & ita per hoc Spiritus immundus mortuorum ſuper illos cecidit aut ſuper Sacrificulos eorum & futura eis annunciabant. Maimon in Hilk. עוכ״ם cap. 11. fol. 42.
דורש אל המתים זה המרעיב את עצמו והלך ולן בבית
הקברות כדי שיבא מת בחלום ווידיעהו מה ששאל עליו
conſulens mortuos eſt ille qvi ſeipſum facit eſurire & iverit & pernoctaverit in cæmiteriis (in Toſephot Jom. Tob. additur כדי שתשר עליו רוח טומאה *ut inhabitet ſuper eum Spiritus impurus) ut veniat mortuus & indicet ei qvod qvæſivit* vid. qvoq; *Raſchi* & *Radak* ad Eſ. 65. 4. Infert porro Maimon aliud eſſe genus conſulentium mor-
,, tuos, qvi, certis induti veſtimentis certaqve verba lo-
,, qventes, notum ipſis qvendam ſuffitum faciunt, & ſic
,, ſoli dormientes ille vel ille mortuus advenit, qvi eis in
,, ſomno qvæſita indicat. Atqve ex hiſce Rabbinorum ſententiis ſatis patet Mulierem Endoream titulum Pythonis & non conſulentis mortuos mereri debere.

§. 42. ידעני dicit *Sanh.* ad l. c. qvod ſit המדבר בפיו *qvi loqvitur ex ore ſuo Kimhi* in *lib. Rad. R. S. Ben Melech* ad Deut. 18. 11. פרשו ר״זל זה המניח עצם ידוע בפיו
ומדבר מאליו ופירוש ידוע חיה ששמה ידוע *Expoſuerunt Rabbini qvod ſit ille, qvi ponit os Jidoang in ore ſuo & explicatio vocis* Jidoang *eſt beſtia cujus nomen* Jidoang vid. *Raſchi* ad locum citatum & *Aruch* in voce אוב *Maimon* l. c. הידעני מניח עצם עוף ששמה ידוע בפיו ומקטיר
ועושה מעשים אחרים עד שיפול בנכפה וידבר בפיו דברים
שעתידים להיות *Hariolus eſt qvi ponit os avis cui nomen* Jidoang *in ore ſuo & ſuffitum facit & alia, usqve qvo in*

Eli-

Epilepſia cadat, & *ore loqvatur futura.* Qvænam autem
iſta ſit Beſtia vel avis indicat nobis Bartenora ad l. c. Miſnæ.
צורתה כצורת אדם בפניה וידיה ורגליה והיא מחברת בטבורה
לחבל היוצא מן השורש שנשרש בארץ שמשם חיותה וכשרוצים
לצוד אותה מורים בחצים אל החבל עד שהוא נפתח והיא
מתה מיד: *forma ejus ſicut forma hominis qvoad faciem*
manus & pedes, & *ejus umbilicus alligatus eſt funi prodeun-*
ti ex radice in terra radicata ut exinde vivat, & *qvando*
eam venari volunt ſagittis funem iſtum petunt, usqve qvo
divellatur, & *ſic ſtatim moritur.* Ratio autem qvare ſa-
gittis petitur in *Toſephot Jom Tob* additur אין יכולין לקרוב
אליה שהיא מזקת *non poſſunt ei appropinqvare qvoniam*
noxam infert. Hæ ſunt traditiones Rabbinorum de Ha-
riolis, ſed R. Abraham apud Abarban. l. c. dicit ידעני הוא
הנקרא כן לפי שמודיע מה שיהיה *Hariolus ſic vocatur qvo-*
niam indicat qvod futurum eſt. vid. Lex. Schindl. &
Seld. l. c.

§. 43. מעונן eſt ex illis נותני עתים שאומרים באצטגנינות
יום פלוני טוב ויום פלוני רע ראוי לעשות בו מלאכה
פלונית שנה פלונית או חודש פלוני רע לדבר פלוני
Qvi obſervant tempora, qvi ex aſtris prædicunt, ille dies
fauſtus ille vero infauſtus eſt, ille vel ille annus aut men-
ſis commodus eſt iſti operi, iſti vero negocio admodum
incommodus. Eſt etiam ille qvi מדמה בפני הרואים שעשה
מעשה תמהון והוא לא עשה *videtur ab intuentibus qvod*
faciat opus mirabile & *revera non facit* ut cenſet *Mai-*
mon Hilk. עכ"ום cap. 11. Sect. 9. & 10. *Kimhi* in rad. ענן &
R. S. Ben Melech ad Eſ. 2 & Deut. 18. אומרו ר"זל מעונן
זה האוחז את העינים רבי עקיבא אומר זה המחשב עתים
ושעות ואומר היום יפה לצאת למחר יפה ליקח *dicunt Rab-*
bini b. m. qvod מעונן *ſit ille qvi prehendit oculos R. Aki-*

ba dicit, qvod ſit ille, qvi computat tempora & horas, dicitqve hodie pulchrum eſt exire, cras bonum eſt negotiari vid. *Abarbanel. in Leg.* fol. 370. col. 2.

§. 44. מנחש Generaliter pro conjectura ſumi volunt Eruditi, ſpecialiter pro conjectura vitioſa. Abarbanel. l. c. מרברי הרא"בע הנה ומנחש הוא מביט הצפצופי העופות או בכנפיהם כענין הכתוב כי עוף השמים יוליך את הקול ובעל כנפים יגיד דבר ושמנחש הוא מלשון חשתי ולא התמהמהתי שכל מה שימהר להודיע בעתיד ימהר יחישה מעשהו ולכך כל הודעת העתיד קרא נחש *Et ex verbis Rabbinorum; Ecce Augur eſt qvi obſervat muſſitationes & alas avium ſicut dicitur Eccl.* 10. 20. avis cæli deferet vocem & habens alas annunciabit verbum *& qvod vox* מנחש *ſit ex ſignif.* Pſ. 119. v. 6. feſtinavi & non tardavi, *qvoniam qvicunqve feſtinat ad indicandum futura* Eſ. 5. 19. accelerat feſtinat opus ſuum. *& ideo vocatur omnis annunciatio futurorum* נחש. *Kimhi* autem in *lib. Rad. & Sel. Ben Melech* ad Deut. 18. ita exponunt פירשו ר"זל מנחש זה האומר פתו נפלה מפיו מקלו נפל מידו בנו קורא לו אחריו עורב קורא לו צבי הפסיקו נחש מימינו שועל משמאלו אל תתחיל בו שחרית הוא ראש חדש הוא מוצאי שברת ועוד אמרו תנו רבנן לא תנחשו כגון אלו המנחשים בחולדה ובעופות ובככבים *Ex poſuerunt Rabbini b. m. qvod* מנחש *ſit ille qvi dicit bucella ejus ex ore cecidit, baculus è manu, filius ejus clamat poſt eum, corvus ad eum clamat, cervus* vel caprea *moram ei injicit* vel eum interrumpit *ſerpens a dextris vulpes a ſiniſtris, ne illud incipias mane, qvoniam initium menſis eſt, egreſſus ſubbathi eſt; & dicunt porro. Tradiderunt Magiſtri, non divinetis ſicut illi, divinantes per muſtelam per aves & per ſtellas.* Eadem fere habet *Maimon* l. c. Sect. 4. ſed addit ובן המשים סימנין לעצמו

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

לעצמו אם יארע לי כך וכך אעשה דבר פלוני ואם לא יארע לי לא אעשה כאליעזר עבד אברהם & *ſic conſtituens ſibi ſigna; ſi hoc vel illud evenerit, illud qvoqve faciam, & ſi non evenerit nec faciam, ſicut Eleazar ſervus Abrahami* Cæterum in eo erraſſe *Maimonidem*, qvod factum Eleazaris inter res illicitas annumerarit, ſatis monſtratur in *Animadverſ. R. Abrahami fil. Davidis* & in *Keſeph Miſchne.*

§. 45. מכשף *Ab. Ezram* citant *Kimhi & Ben Melech* כי המכשפים הם המשנים דבר התולדת למראה העין מכשפים *qvod ſint qvi mutant rem naturalem ad aſpectum oculi. Abarban.* l. c. ait המכשף הוא המוריד רוח מלאכי חבלה על האדם לעשות מה שירצה *qvod magus ſit qvi facit Spiritum Angeli perditionis deſcendere ſuper hominem ad „faciendum qvod deſiderat*, dicitqve qvod vox בלהטיהם „ſit מעשה הכשוף & qvod Raſchi in Gemara exponat שמעשה הכשוף על ידי מלאכי חבלה עושים *qvod* ſint *qvi opus Magicum faciunt per Angelos mortis.* Hinc *Jochanan* למה נקרא שמן כשפין שמנחשים פמליא של מעלה *Qvare vocatur nomen eorum* כשפין *qvia mendacem reddunt familiam ſuperiorem*, qvid autem ſecundum Judæos ſit familia ſuperior vid. *Abarban.* in hoc ipſo loco & ſententiam *R. Bechai* de מכשפין vid. Lex. Talmud. Buxtorf. p. 1102.

§. 46. חובר חבר *Kimhi* in *lib. Rad.* & *R. S. Ben Melech* ad Pſ. 58 & ad Deut. 18. פירשו רבותינו ז"ל חובר חבר אחד חבר גדול ואחד חבר קטן פירוש חבר גדול שלוחש ומקבץ כתות של חיות גדולות וחבר קטן לוחש ומקבץ כתות של חיות קטנות כגון נחשים ועקרבים *Ex poſuerunt Rabbini b. m.* חובר חבר *qvod detur una ſocietas magna & altera ſocietas parva, ſocietas magna eſt, qvando qvis incantat & colligit Species beſtiarum magnarum, ſocietas* *au-*

autem parva, eſt qvando qvis incantando colligit cætus beſtiarum parvarum, ut ſerpentum & ſcorpionum. Ab. l. c.
.חובר חבר כפי דעת רבותינו ז"ל בזפרי הוא ענין הלחשים
.וכמו שכתב רש"י המצרף נחשים ועקרבים או שאר חיות למקום
אחד ושילחש עליהם כדי שלא יזיקו לבני אדם ורא"בע כתב
שחובר חבר הוא האומר שיודע בהתחברות השדים במקום
אחד וענין *ſecundum ſententiam Rabbinorum b. m. in Siphri habebit* חובר חבר *ſignificationem incantationum, & ſicuti ſcripſit Raſchi, qvi colligit ſerpentes & ſcorpiones aut alias Beſtias in locum unum, & incantatione utitur, ne filiis hominum noceant, & R. Ab. Ezra ſcripſit qvod* חובר חבר *ſit ille, qvi dicit, qvod cum dæmonibus in loco conſortium habere ſciat, & ſenſus eſt unus. Maimon* Tract. עכו"ם cap. 11. Sect. 10. איזהו חובר זה שמדבר בדברים שאינן לשון
עם ואין להם ענין ומעלה על דעתו בסכלותו שאותן הדברים
מועילים עד שהן אומרים שהאומר כך וכך על הנחש או על
העקרב אינו מזיק והאומר כך וכך אל האיש אינו ניזוק ומהן
אוחז בידו בעת שמדבר מפתח או סלע וכיוצא בדברים
Qvid hoc eſt חובר? *Eſt ille qvi loqvitur verba peregrina, & qvibus nullus ineſt ſenſus & ſtolide ſibi perſvadet, qvod verba iſta tantam habeant efficaciam, ut qvi dicat tale vel tale Serpenti vel Scorpioni non noceat, & qvi dicat tale vel tale homini non damno afficiatur. Et ſunt ex iis, qvi qvando loqvuntur, prehendunt clavem vel nummum, aut ſimilia hiſce.*

§. 47. An omnes hæ enumeratæ ſpecies ita ſint diſtinctæ, ut non interdum concurrant, unaqve alteri includatur, rigoroſe non inqviram, cum hac de re non adeo unanimis ſit conſenſus Rabbinorum.

§. 48. v. 8. Narratur qvomodo Saul aliis indutus veſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ſtimentis, aſſumptisq; ſecum duobus viris, noctu Pythoniſſam adierit, qvod, ut expoſitiones allegoricas Judæorum omittam, ſenſus ſvadet id eum feciſſe, ne a populo videretur & ne a Pythoniſſa cognoſceretur. Veniens ergo ad eam dixit: divina qvæſo mihi per Pythonem.

§. 49. Vox קוסם uti non eſt res mala מפאת עצמו *reſpectu ſui ipſius*, ut loqvitur *Abarbanel* ad 1. Sam. 15. 23. ita ſumitur tam in bonam partem, & eſt conjectura ex ſignis aliisq; circumſtantiis, qvam in malam, & eſt divinatio in Lege vetita. Sic enim ait *Ab. in Leg.* fol. 370. col. 1. נודע שהקסם הוא הגדת העתיד בחוזק הכח המדמה עד שישער במה שיהיה עתיד ולא יחטא — ואלו היה כן לא תאסור אותו התורה כל כך ושלמה אמר קסם על שפתי המלך כי הכל גלוי לפניו כאלו קסם על שפתיו להגיד כל אשר יהיה אבל האמת הוא שהקסם הוא מין מהגדת העתידות ועשה תנועות ותחבולות וכלים מכלים שונים וכמאמר הנביא עמי בעצי ישאל ומקלו יגיד לו *Notum eſt qvod divinatio ſit annunciatio futurorum virtute potentiæ imaginativæ, usqve qvo id qvod futurum eſt fuerit conſideratum, & hoc qvi facit non peccat — — & ſi ſic fuerit, non eſt prohibitum in Lege, & Salomon dicit* Prov. 16. 10. Divinatio eſt in labiis Regis, *qvoniam omnia coram eo ſunt in propatulo, ac ſi divinationem ſuper labia ſua haberet ad indicandum qvod eveniret. Cæterum verum illud eſt, qvod ſit ſpecies ex annunciatione futurorum facta in agitationibus & ſolertibus conſiliis ad qvam varia adhibebantur inſtrumenta ſicut dicit Propheta* Hoſ. 4. 12. Populus meus per lignum ſuum interrogat baculus ejus annuntiabit ei vid. qvoq; Abarb. ad 1. Sam. 15. v. 22.

§. 50. Vocem autem קסם eſſe nomen cum generale tum etiam ſpeciale cenſent Rabbini. Hinc *R. S. Ben Me-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

lech ad Deut. 18. 10. & *Kimhi in lib. Rad.* קסם קסמים
הלשון הזה כולל כל המלאכת שעושין אותה לדעת העתידות
Significatio vocum קסם קסמים *comprehendit qvodcunqve*
opus faciunt ad ſciendum futura. Ab. Ezra ad l. c. qvem
qvoqve ſeqvitur *R. Sam. Sirſa* יתכן היותו שם כלל ופרושו
חתכי המשפט האומרים כי כן יהיה בלא ספק וכן גוזרין וקרוב
ממנו קסם על שפתי מלך והפרט מעונן ומנחש ומכשף *Con-*
venit ut ſit nomen generale & eſt expoſitio: decidentes ju-
dicium, qvi dicunt ſic ſine dubio erit, & ſic decernimus
& propinqvum eſt ſignificationi Prov. 16. 10. divinatio eſt
in labiis Regis. *Specialia vero nomina ſunt* מעונן & מכשף
מנחש &. *Kimhi* in hunc noſtrum locũ Samuelis הקסם הוא
כלל לכל מעשים ההם הנעשים בלאט לפיכך אמר קסמי ופירש
אחר כן באוב ולפעמים הוא פרט לקצת המעשים ההם
divinatio eſt nomen genericum attributum omnibus operi-
bus per incantationem factis, ideo dicit, divina mihi, & po-
ſtea exponit illud באוב *per Pythonem, & interdum eſt Spe-*
ciale attributum nonnullis iſtis operibus. Ex hiſce Kimhi
verbis patet קסם hoc loco eſſe genericum: Ex dicto e-
nim Saulis, divina mihi per pythonem indicatur קסם
eſſe tanqvam genus attributum אוב tanqvam ſpeciei, in-
nuens qvamnam ſpeciem divinationis habere deſideravit.
Unde Ralbag qvoqve Ob vocat מין ממיני הקסם *Speciem ex*
ſpeciebus divinationis. Clarius autem exponit id *Abar-*
banel in ſententiam Kimhi deſcendens הקסם הוא כולל לכל
מיני המעשים ההם ופרט באוב שהוא השלאת המת ודבורו כי
היה רצונו שתעלה אליו שמואל שממנו היה חפץ לדעת אחרית
הדבר ולכן בחר באוב ולא בידעוני ולא במעשה אחר *Et* קסם
eſt generale complectens omnes ſpecies iſtarum operatio-
num, & ſpeciale eſt vox אוב *qvod eſt excitatio mortui &*
loqvu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

loqvutio cum eo, qvoniam voluit ut aſcendere faceret Samuelem, ex qvo ultima rerum ſcire deſideravit, & ideo elegit artem Pythonicam & non hariolationem aut aliam artem.

§. 51. Cæterum uti ex Abarbanele ante audivimus ad Divinationem varia adhibita fuiſſe inſtrumenta, ita qvoqvoqve variis hiſce modis hanc artem fuiſſe in praxin deductam patet ex Rabbinis, qvi omnino prolixitatis ergo omittunrur. vid. ſaltem *Rashi* ad Deut. 18. 10. *Maimon.* Hilk. עכו"ם cap. 11. fol. 41. 1. *Abarbanel* in Hoſ. 4 12. Uti fuſius ex Maimonide & Moſe Mikkozi iſta recenſet.

§. 52. Lubet tamen afferre ſententiam *R. Joſeph Albo* loco ſupra citato, ſiqvidem ad hanc hiſtoriam noſtram applicationem facit, his verbis ור"בם ז"ל קבל מהיודעים במלאכת האוב שהדבר ההוא היה נעשה על ידי איש או אישה שעומדים על הקבר זה לראשו וזה לרגליו ויש להם קשקוש קטן באמצע ואומרים השבעות ומקשקשין בקשקוש ההוא והאשה רואה והאיש שואל ואומרים להם העתיד לבא עליהם בקרוב כמו שהיה הענין בשאול עם האשה בעלת אוב *Et Maimon b. m. accepit à callentibus artem Pythonicam, qvod fuerit res hæc facta per virum & fæminam, ſtantes juxta ſepulchrum, unus ad caput & altera ad pedes & habent tintinnabulum parvum in medio, & jurant & tinniunt tintinnabulo illo, mulier videt & vir interrogat, & ſic dicunt illis futura brevi tempore eventura, ſicut factum eſt in hiſtoria Saulis cum Pythoniſſa.* Ultima qvoqve referuntur in *Jalkuth* in h. l. שלשה דברים אמרו במעלה את האוב המעלה אותו רואהו ואינו שומע את קולו והשואלו שומע את קולו ואינו רואהו העומדים שם אינם רואים אותו ואינם שומעים את קולו *Tria dixerunt de hoc facto Pythoniſſæ. qvi excitabat eum videbat qvidem eum, ſed non audiebat vocem ejus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

jus, *& qvi interrogabat eum, audiebat vocem ejus, ſed non videbat eum. Qvi adſtabant nec viderunt nec audiverunt*. Similiter *Ralbag* in h. l. אמרו ז״ל שענין האוב הוא שהמעלה את המת הוא בלתי שומע דבר אבל ראה תמונת המת הוא והשואל לא יראה התמונת ההיא אבל ישמע דברים מה לפי מחשבתו על שאלתו ולזה לא ראה תמונת שמואל זולת האשה אשר העלתהו ולא שמעה היא הדברים אבל שמע אותם שאול *dicunt Sapientes b. m. qvod res Pythonis ſic ſe habeat, ut, qvi excitat mortuum non audit qvicqvam, ſed videt formam mortui, & qvi interrogat non videt iſtam formam, ſed audit reſponſum interrogationis ſuæ, & ideo nemo vidit formam Samuelis niſi mulier, qvæ eum excitavit, illa autem verba non audivit, ſed Saul*. vid. qvoqve *Abarbanelem* & alios.

§. 53. Cæterum iſtis, qvæ ex Edit. Venet. in fol. ex *Rab. Joſeph Albo* citavimus hæc qvoqve adduntur in Edit. in 4to. ואמר עוד *& dicit porro*, nempe ut mihi videtur Maimon proxime citatus. כי מכאן נשאר לנוצרים לקבור מתיהם בבית תפלתם ולהתפלל יחד האנשים והנשים ומקשקשין בקשקוש בשעת קבורה מתיהם לפי שהאומות ההם כשחזרו לדת הנוצרים השאירו מנהג אבותיהם בידיהם *qvod exinde relictum fuerit Chriſtianis ſepelire mortuos ſuos in oratoriis ſuis, ut viri pariter & fæminæ orent & tinniant tintinnabulo, qvando ſepeliunt mortuos ſuos, qvoniam gentes qvi amplectebantur religionem Chriſtianam reliqverunt illis morem Patrum ſuorum*. Etiamſi ad hæc qvidem reſponderi poſſet. Sufficiat tamen qvod nobis ſuggerit *Abarbanel in libro de capite fidei cap*. 12. apud Judæos qvoqve eundem morem vigere, qvæ interprete Vorſtio ſic ſe habent: *Sane videtur ex hac ſententia Rab. b. m. fuiſſe, qvod etiamnum inter nos moris ſit, expandere ſe ſuper*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

per ſepulchra mortuorum, ut pro nobis miſericordiam efflagitent, & juxta hæc ait Propheta Jer. 31. Rachel flet ſuper filios ſuos. *Certè hoc fit ex una duarum cauſarum, vel ut deprimamus animos noſtros coram DEo excelſo, vel ut tanqvam mortui coram DEo cenſeamur. Atq; hæc eſt mens Sapientis dicentis in reſponſione ad qvæſtionem: Qvare tempore anguſtiæ eximus ad ſepulchra? reſpondet: ad indicandum nos eſſe tanqvam mortuos atqve hoc fit propter humiliationem. Iſtud etiam reſponderunt ad negocium de indumento ſacci, nos videl. eſſe inſtar beſtiarum. Vel ut preces effundamus ad DEum, ut noſtri memor eſſe velit propter illorum innocentiam ac juſtitiam, qvæ ſemper permanſura eſt.* Nec mos iſte etiamnum apud Judæos in deſvetudinem abiit, cum haud raro mulieres & vetulæ, in cæmiteris apud ſepulchra mortuorum lugeant ululentq; ut DEus ipſis propter זכות אבות *merita Patrum* propitius eſſe velit vid. plura omnino apud *Wagenſeil.* in Sota p. 332. & ſeq.

§. 54. Poſtqvam Scriptura v. 9. 10. 11. narrarit reſponſum Pythoniſſæ, qvod propter edictum Saulis artem ſuam exercere non auderet, Saul juravit qvod ab omni periculo foret immunis, dixitq; חי יהוה *Raſchi* ad Num. 14. 21. de hac phraſi annotat, qvod ſit לשון שבועה כשם שאני חי וכבודי ימלא כל הארץ כך אקיים להם *formula jurandi eſt; qvod ſicut ego vivo & gloria mea impletura eſt totam terram, ſic ego præſtabo iis.* Similiter qvoqve *Abendana* ad h. l. in notis ad R. S. *Ben Melech.* Ex Ebræis obſervat *Buxtorfius* חַי uſurpari de DEo in formula jurandi, de creaturis vero חֵי ut 2. Reg. 2. 2. & 1. Sam. 25. 26. qvaſi prius ſignificaret eum qvi per ſe vivit, vitamq; aliis largitur, & poſterius indicaret eum, qvi vitam ab alio habet. Hinc *Maimon* in

 Pir-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

Pirke Abotb fol. 24. col. 4. לא התיר׳ לשון עברי לומר חי
ה׳ צבאות כמו שאמר חי פרעה חי נפשך ר״ל שם מצורף כי
המצורף והמצטרף אליו ב׳ דברים חלוקים ולא יצרף הדבר
לעצמו ולפי שחיי השם הוא עצמו ועצמו הוא חייו ואינם דבר
זולתו לא הזכירו בצרוף אבל אמרו חי ה׳ צבאות אשר עשה
לנו את הנפש הזאת הכונ׳ בזה שהוא וחייו אחד *Non eſt per-*
miſſum populo Ebræo dicere חֵי ה׳ צבאות *ſicuti dicitur*
חי פרעה חי נפשך *volens dicere, qvod ſit nomen relativum,*
nam relatum & correlatum ſunt duæ diſtinctæ res, nihilq;
ad ſe ipſum habet relationem. Hinc qvoniam vita DEI
eſt ipſe DEus, & ipſe DEus eſt ejus vita, nec res alia
præter eum, mentionem relationis non fecerunt, ſed dixe-
runt חי ה׳ צבאות *qvi hanc nobis fecit animam, & hocce*
intenditur, qvod ille & vita ejus unum ſint. Etiam præter
hanc hypotheſin ſatis conſtat Saulem per viventem & ve-
rum DEum juraſſe; utpote cum nomen Tetragram-
maton יהוה addatur. Legitur in *Miſna tract. Schebuoth*
cap. 4. Sect. 13. משביע בשמים ובארץ הרי אילו פטורים
באלף דלת ביוד הי בשדי בצבאות בחנון וברחימים בארך אפים
ורב חסד ובכל הכנויים הרי אילו חייבין *Ubi adjurat qvis*
alios per cælum aut per terram juramento non obſtringi-
tur, qvod ſi id fecerit per Adonai, per Jah per Scha-
dai per Zebaoth per Gratioſum per Miſericordem per Tar-
dum ad iram & per admodum Benignum aut per alia DEI
cognomina obſtringuntur. Unde qvoqve patet Saulem ju-
ramento Pythoniſſæ ſe obſtrinxiſſe. Ut taceam, qvod
probè notum ſit qvomodo Chriſtus hanc Phariſæorum
de juramentis doctrinam repurgat Matth. 23. v. 16.
qvam fuſius ex Scriptis eorum diductam vid. *Ligf. ad Hor.*
Heb. in Matth. 5. 33. Adeo ut ſatis de abuſu juramento-
rum conqveratur R. Ab. Ezra ad Exod. 20. ואילו לא היה
בישראל

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

בישראל רק זאת העבירה לבדה תספיק להאריך הגלות ולהוסיף מכה על מכותינו *Et ſi non niſi hæc transgreſſio eſſet in Jſraële, ſola illa ſufficiebat protrahere captivitatem noſtram & addere plagam plagis noſtris.*

§. 55. Ritus in jurando fuit elevatio manus, uti explicant Gen. 14. 22. *Raſchi, Ab. Ezra* & *Jonathan*, & Exod. 17. 16. *Onkelos, Targ. Hieroſol., Jonathan, Rashi*, & *Ab. Ezra.* ſimiliter qvoqve ex Deut. 32. 40. Dan. 12. 7. aliisqve locis paſſim id inferunt verſiones Chald. & Rabbini.

§. 56. Tædet autem recenſere omnia juramentorum genera, cum integer de hiſce ſit tractatus Miſnicus & *Maimon* qvoqve fuſius ea tractavit. Monebo ſaltem antiqviſſimum qvoqve eſſe apud Judæos ritum qvod etiamſi per DEum viventem jurent, non tamen בלא נקיטת חפץ *ſine apprehenſione rei deſiderabilis* vel ſanctæ. Hinc *Raſchi* ad Gen. 24. 2. dicit qvod ושבע צריך ליטול בידו חפץ של מצוה כגון ספר תורה או תפלין *juranti incumbit imponere manum rei ſanctæ vel deſiderabili præceptum concernenti*, v. c. *libro legis aut Phylacteriis.* Similiter *Maimon* Hilk. *Schebuoth* cap. 11. Sect. 8. הנשבע אוחז ספר תורה בזרועו והוא עומד ונשבע בשם או בכינויי או בשבועה או באלה *Qvi jurat librum legis prehendit brachio ſuo & ſtans jurat per nomen* Sanctum *aut cognomina aut juramentum aut execrationem.* In cauſa autem leviori qvilibet Sacer codex aut Phylacteria loco חפץ apprehenduntur. Sic qvoqve תלמידי חכמים ſeu diſcipuli Sapientum jurare ſolent: illi enim probe norunt qvanto juramento hiſce obligantur, cum DEI verbum & ſancta illius nomina iis comprehendantur.

§. 57. Cæterum ubi jam juramentum Saulis narraſſet Scriptura, infert v. 12. Et vidit mulier Samuelem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

Eſt ſane hac de re non ſolum inter Judæos מחלוקת גדולה controverſia magna, ſed & inter Chriſtianos, cum autem judæorum ſententiam proponere tantum decreverimus nonnulla ex iis delibabimus *Rabbi Saadias* & *Rabbi Ai* cenſent, qvod לא היה זה בכח האוב כי אם שהבורא ית׳ החיה את שמואל כדי שיספר לשאול הקרובות העתידות לבא עליו והאשה לא ידעה בכל זה אלה על כן נבהלה וצעקה בקול גדול ושלכן אמרה אלהים ראיתי עולים מן הארץ שהכירה שלא היה ענין זה כמעשה האוב כי אם דבר אלקי *Non fuerit virtute Pythonis, ſed qvod DEus vivificaverit Samuelem ut indicaret Sauli futura ſibi eventura & hæc omnia non animadvertit mulier, & ideo conturbata, clamavit voce magna, dicens: Deos e terra aſcendentes video: cognovit enim hoc non eſſe magicum qvid, ſed rem divinam.* Sed hanc refutant ſententiam *Abarbanel* & *Kimhi* dicendo הדעת רחוק כי אם היה רצון האל ית׳ להודיע לשאול קץ הפלאות למה לא אמרו אליו ע״י החלומות וע״י האורים והתומים או בידי הנביאים *Eſt ſententia remotior; ſi enim voluntas DEI fuiſſet indicare Sauli eventum, qvare non ei illum indicaverat per ſomnia per Urim & Thummim & prophetas* vid. plura qvibus eandem refellit ſententiam Abarbanel. Aliæ adhuc ſunt ſententiæ, hanc autem ideo protuli, qvia dicit Abarbanel ונטו אליו קצת מחכמי הנוצרים *& inclinant ad eam nonnulli ex Sapientibus Chriſtianis.* Nec incommode, cum ut de iis ante Reformationem taceam, qvorum tempore vixit, etiamnum Pontificii affirmant verum Samuelem fuiſſe ſuſcitatum, qvod à Pythoniſſa factum fuiſſe cum pietas eorum dicere vetet ipſum DEum eum excitaſſe exiſtimant.

§. 58. Improbat autem ſententiam Auguſtini *Abarbanel* hoc modo הדעת הג׳ הוא מה ששמעתי בשם גדול מחכמי

מחכמי

מחכמי נוצרים אגוש"טינו שאמר שלא עלה שמואל כלל אבל עלה שד בדמות שמואל והוא באמת דעת זר & *ſententia tertia eſt ea, qvam percepi ex illuſtri inter Sapientes Chriſtianos Auguſtino, qvod non ullo modo Samuel ipſe aſcenderit, ſed Diabolus in forma Samuelis, & hoc certè eſt ſententia aliena.* Cæterum hanc Auguſtini ſentenriam veram eſſe, probant paſſim Theologi noſtri.

§. 59. Ipſam autem Abarbanelis qvod attinet ſententiam, ſic primo qvidem rectè monet, qvod animam Samuelis in faſciculo viventium ligatam, non potuerit ſuis artibus excitare Pythoniſſa, ſed addit poſtea אבל היה הענין לבד התיחדות כח השד בגוף האיש המת לבד ולהיות גוף שמואל אחרי הפרד ממנו נפשו האלקית דומה לגוף כל איש אחר לא היה מהבטל שבעלת אוב יעלה אותו ר"ל שבחכמה תייחד כח השד אל גופו ותדביקהו *Sed res tantummodo fuit in adunitione potentiæ Diabolicæ ſoli corpori viri mortui, & cum corpus Samuelis poſt animæ divinæ ſeparationem ab aliorum corporibus non differret, negari neqvit, qvin Pythoniſſa eum excitarit, nempe per ſuas artes univit potentiam Diabolicam corpori ejus illiq; adhærere fecit.* Nimirum cenſet hic ex mente plerorumq; Ebræorum verum Samuelem fuiſſe excitatum. Hinc dicitur in *Jalkuth* ad h. loc. רבי יוחנן אומר כל הנביאים נתנבאו בחייהון שמואל התנבא בחייו ולאחר מיתתו *Rabbi Jochanan dicit, omnes Prophetæ prophetarunt in vivis cum eſſent, Samuel autem & adhuc cum in vivis eſſet & poſt mortem prophetabat.* Et in *Maſſ. Schabath* qvem citat *Abarbanel*, *qværitur cum* נשמתו של צדיקים גנוזה תחת כסא הכבוד אובא טומיא היכי אסקיה לשמואל בנגידה *animæ juſtorum ſint reconditæ ſub ſolio gloriæ, qvomodo produxit Pythoniſſa Samuelem per Magiam?* Ergo ad hoc ſolvendum tale fingunt reſponſum

בל

כל שנים עשר חדש גופו קיים ונשמתו עולה ויורדת לאחר שנים עשר חדש גופו כלה ונשמתו עולה ושוב אינה יורדת *Omnibus duodecim menſibus corpus permanet, & anima ejus aſcendit & deſcendit, finitis vero duodecim menſibus conſumitur corpus & anima ejus aſcendit nec iterum deſcendit.* Hinc intra hos duodecim menſes Pythoniſſa qvidem Samuelem excitare poterat. Cæterum nec hæc ſententia omnium Judæorum cerebellis impreſſa eſt, ut pote cum ,, Menaſſe Ben Iſraël de Reſurrect. l. 2. cap. 17. monſtrat an- ,, tiqvos docuiſſe qvod vermes in eorum cadaveribus qvi pie ,, & recte vixerunt nihil juris ſint habituri, ita tamen ut ca- ,, davera eorum hora una ante reſurrectionem mortuorum ,, convertenda ſint in pulverem. Nec iſtam ſententiam approbat Abarbanel, & plusqvam duodecim menſes inter mortem Samuelis & Saulis interceſſiſſe ſupra probavimus. Et in Talmude in Roſch haſchana citante *Hackſpanio* in h. l. dicitur צדיקים גמורים נכתבים ונחתמין לאלתר לעולם הבא רשעים גמורים נכתבין ונחתמים לאלתר לגהינם *Perfecte juſti deſcripti atqve deſignati ſunt e veſtigio in vitam futuram, contra impii in Gehennam*, vid. plur. apud auct. citat: qvi etiam figmentum illud ex Jalkuth refutat.

§. 60. Cum autem omnia officia mortuis debita Samueli præſtiterint, Abarbaneli id qvidem opponere potuimus qvod ex libro Minhagim referunt Schikard. de Jur. Reg. cap. 6. Buxtorf. Synag. Jud. cap. 35. Gejer. de Luct. Ebr. cap. 5. Sect. 12. Abrah. Coſterus Hiſtorie der Joden part. ,, III. cap. 12. Solere ſcilicet Judæos morientium pollices ,, eo artificio in volam deprimere, ut pugni rugæ cognomen- ,, tum Dei שדי pulchre repræſentent. Qvoniam vero digiti ,, eo ſitu difficulter manent; morientes enim illos diſtendi- ,, mus qvaſi omnia dimiſſuri, ſicut e contra velut omnia lucra-

craturi naſcentes eos contraximus: Ideo conſveverunt " pollices illigare manibus per fila ſacris veſtibus, ציצית di- " ctis, avulſa, qvæ contra necromanticas artes valere cre- " duntur. Atqve ita ſecundum credulam Judæorum opinionem ipſe Samuel excitari non potuit. Cæterum ex mente eorum, mortui non ſunt obligati præceptis, ideo fimbriâ integrâ ligare omnino fuit interdictum, & ſi fuit avulſa & rupta, uti omnino eſſe debuit, fuit qvoq; פסול, nec ulla vis contra dæmones ei potuit attribui. Eodem modo uti de Phylacteriis dicitur ex Targum in Cant. 8. 3. אנא קטרא תפילין ביד שמאלי ובנרישי דלית רשו למזיקא לחבלא בי *ligo Pylacteria in manu ſiniſtra & capite meo, ne ſit poteſtas dæmoni nocendi mihi*; Ubi qvidem ſtatuitur Phylacteria vim habere dæmonia arcendi, ſed integra erunt & iis aptentur, qvi ea portare obligantur. Qvare, qvantum ego percepi, ſuperſtitio eſt Germanorum, non vero Judæorum Luſitanorum, qvi mortuorum pollices non comprimunt, ſed eos diſtentos relinqvunt; Ideoq; cum hoc Abarbanelem arguere neqveat, ſententiam illius refutavit *Manaſſe* de Reſurrect. Mort. lib. 2. cap. 6. p. 170. Manaſſis vero opinionem rejicit *Hoornbech* de conv. Jud. p. 538.

§. 61. Viſo ergo Samuele pergit Scriptura inferens verba Pythoniſſæ: Qvare decepiſti me? Tu enim es Saul *Abarbanel* האשה לא צעקה על היות הדבר אלקי נסיי כי אם על היות השואל שאול *Mulier non clamavit qvod eſſet res miraculoſa divina, ſed qvia fuit Saul, qvi eam interrogabat.* In *Jalkuth* מהיכן ידעה אמרו רבותינו לא כשם שעולה למלך עולה להדיוט למלך פניו למעלה ורגליו למטה כדרך העולם ולהדיוט רגליו למעלה ופניו למטה *Unde cognovit mulier qvod eſſet Saul? Dicunt Magiſtri noſtri: Non aſcendebat coram Rege ut aſcendebat coram vul-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

vulgari qvodam, coram Rege facie ſurſum & pedibus deorſum, verum coram alio vulgari pedibus ſurſum elevatis & capite deorſum propenſo. Ad hanc qvoqve ſententiam inclinant *Raſchi* & *Kimchi*, qvam etiamſi non credendam nec tamen negligendam putamus cum Marc. 8. v. 24. dicat cæcus: *video homines ambulantes tanqvam arbores*, ubi confuſe & non diſtincte eum vidiſſe exponunt Interpretes, ſed qvo in modo hæc minus diſtincta viſio conſtiterit non determinant. Videant an illa qvadrare poſſit expoſitio, qvod homines inverſo modo viderit, nempe caput deorſum & pedes ſurſum habentes. Citat qvippe *Joh. Georgii* in poſthum. p. 69. Ariſtotelis librum de anima, ubi ſummitatem arboris pedes & radices caput eſſe exiſtimat; Qvin imo recentiores Phyſici monſtrant modum, qvomodo in ipſo oculo & in camera obſcura omnia inverſo ordine repræſentantur. Ut autem ad Rabbinos redeamus dicit *Raſchi* qvod tali modo ſurrexerit Samuel בשביל כבודו של שאול *propter honorem Saulis.* Kimhi שלא היה זה אלא לכבוד מלכות לפיכך אמרה ואתה שאול ולפי כן זעקה כי יראת שבא לנסותה ולהרוג אותה *Qvod non hoc factum fuerit niſi in honorem regni, ideo dicit: Tu es Saul, & ideo clamavit, qvoniam venerit ad tentandum & interficiendum eam.* Abarbanel cenſet Pythoniſſam Saulem cognoviſſe ex eo qvod Samuel ſe ei incurvaverit cum ad v. 14. dicat כי זה היה האות אשר נתנה על היותו שאול *qvoniam hoc fuit ſignum qvod dederit qvod eſſet Saul.* Qvicqvid tamen ſit haud abſimile videtur qvod opera diabolica Saulem agnoverit, qvem etiam artes Magicas calluiſſe ex Rabbinis qvoqve probat *Abarbanel* ad v. 11. היה שאול חכם חרשים והיו עמו תמיד אנשים חכמים וידועים באוב וידועני וכמו שאח"ז ל שהיו כל הסנהדרין יודעים המעשים האלה כלם *Saul fuit hiſce in artibus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

tibus verſatus & ſemper cum eo fuerunt viri ſapientes & intelligentes, callentes artem Pythonicam & Hariolationem, ſicuti etiam dicunt Rabbini, qvod Sanhedrin hæc opera ſcirent omnia.

§. 62. V. 13. Et reſpondit Rex ne timeas ſed qvid vides ɔ: Uti exponunt Kimhi & Abarbanel ne timeas, qvod " ego Rex ſim, qvi Pythones profligavi, non enim morti te " tradam nec ulla tibi pæna infligetur, qvoniam juravi te " immunem fore. Cæterum qvid vides ? & illa regeſſit. "
Deos e terra aſcendentes video. Dicitur in *Jalkuth* qvod Pythoniſſa
העלה לו את שמואל והעלה את משה עמו
וראו המתים ׳ שמואל עולה ועלו עמו סבורים שהג״ע תחיית
המתים וראתה האשה ונבהלה י״א צדיקים עלו עמו באותה שעה
Excitaverit ei Samuelem & cum eo Moſen & videbant mortui Samuelem aſcendere, & aſcenderunt cum eo putantes, qvod reſurrectio mortuorum adveniſſet, hiſce viſis mulier conturbabatur. Undecim juſti eodem tempore cum eo aſcenderunt. Moſen cum Samuele reſurrexiſſe narrant qvoqve *Raſchi Kimhi* & *Abarbanel.* Saniorem tamen amplectuntur ſententiam duo poſteriores & *S. Ben Melech*, & merito de hoc commento dicit *Abarbanel* אין צורך לכל זה *Omne hoc neceſſum non eſt.* Lubet tantum, omiſſis reliqvorum ſententiis, illius expoſitionem in medium proferre
אלהים ראיתי עולים מן הארץ רוצה לומר אדם
גדול ראיתי שהיה עולה מן הארץ והוא כמו אלהים לא תקלל
־ ־ כבר בא בכתוב הרבות כזה ליחיד כמו שנאמר על העגל
אלה אלקיך ישראל אשר העלוך וגו׳ ולזה אמרה הבעלת
אוב על שמואל אלקים ראיתי עולים מן הארץ לכבודו ומעלתו
Deos video aſcendentes e terra volens, dicere, Majoris ſtatus ac conditionis hominem aſcendentem e terra video, & hoc ad eum modum qvo dicitur Exod. 22. 28. Diis non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

maledices — — *Nunc enim ſæpius uſurpatur in Scriptura pluralis, ut hoc loco, pro ſingulari, ſicuti ſimilis locutio venit de vitulo* Exod. 32. 4 Iſti ſunt Dii tui O Iſraël, qvi eduxerunt te de terra Ægypti, *& ideo dicit Pythoniſſa de Samuele, Deos video aſcendentes e terra, ut indicaret honorem & excellentiam ejus.*

§. 63. v. 14 Vir Senex aſcendit & ipſe amictus pallio. De pallio Samuelis dicit Abarbanel in Comment. ad 1. Sam. 2. 18. זכר שעם היותו לוי היה חגור אפוד בד והוא היה מלבוש פשתן עשוי כדמות האפוד בכהן הגדול שהיה בתכונת אחרת והיו לובשים אותו כלל הכהנים כמו שאמר וימת ביום ההוא שמונים וחמשה איש נושא אפוד בד והיו כלם כהנים וגם כל עובדי השם ומשרתים לפניו היו לובשים כן כמו שמצינו בדוד בעליית הארון שהיה חגור אפוד בד *Meminit Scriptura, qvod cum Samuel eſſet de tribu Levi, cinctus fuerit Ephod Bad, & hoc fuit indumentum lineum factum ad ſimilitudinem Ephodi Sacerdotes Magni; aliam tamen habuit figuram, qvo omnes veſtiti fuerunt* Sacerdotes. *Sicut dicitur.* 1. Sam. 22. 18. Interfecitq; die illo octoginta & qvinqve viros ferentes Ephod lineum, & illi omnes erant Sacerdotes, *& tali modo qvoqve veſtiti fuerunt omnes DEum colentes & coram eo miniſtrantes. Sicuti dicitur de Davide in deductione arcæ.* 2. Sam. 6. 14. qvod fuerit accinctus Ephod lineo. *Et* ad 1. Sam. 22. 18. היה מלבוש הגדולים והנכבדים בעובדי ה׳ כמו שראינו שלבש אותו שמואל בנערותו ודוד ביום שהעלה בארון *fuit illud indumentum honoratiorum, cum cultum DEO præſtarent, ſicuti videmus, qvod ſibi illud induerit* Samuel *in pueritia ſua & David cum arcam deduceret. Kimhi in lib. Rad.* proferens hæc tria dicta S. Scripturæ videl. Exod. 28. 4. *Pectorale Ephod & Pallium.* 1. Sam. 2, 4. *Et tunicam parvam fecerat ei ma-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

ter ſua & 2. Sam. 13. 18. *ſic induebantur filiæ Regis virgines tunicis.* dicit הוא לבוש נכבד אבל מעילים הנה אינן כתבונת המעיל הכתוב בתורה *Eſt qvidem veſtimentum honoratum, hæc tamen pallia non habent eandem figuram, ac tunica illa in Lege memorata.* Qvid autem de hac Rabbinorum ſententia ſentit *Braunius vid.* de *veſt. Sacerd. Hebr.* lib. II. cap. 5.

§. 64. Cæterum id qvod à Pontificiis de tunica Chriſti traditur, qvod vel ab Angelis fuerit confecta vel Mariæ manibus conſuta, & qvod cum Chriſto creſcente creverit, id non immerito traditionibus Rabbinorum applicari poteſt. Profert enim opinionem qvandam hac de re Abarbanel ad 1 Sam. 2. 19. אמרו חכמינו ז"ל שמעיל אחד היה לו מנעורותו *dicunt Rabbini b. m. qvod unum a pueritia ſua pallium habuerit* ושנקבר במותו מעוטף בו וזהו שאמרה הבעלת אוב עוטה מעיל *& qvod, cum mortuus fuiſſet, eo circumvolutus, ſepeliretur & hoc eſt qvod dicit Pythoniſſa, amictus pallio.* Nimirum eodem forſitan modo ac veſtes cum parvulis in deſerto creviſſe exiſtimant. Sic enim in *Jalkuth* ad Pſal. 23. ad hanc rem צא ולמוד מן החלזון שכל זמן שהוא גדל נרתקו גדל עמו *Exi & diſce a cochlea, qvod, qvamdiu creſcit creſcit qvoqve cum ea concha ejus*, vel uti paulo ante eodem in loco dicitur הלבישם מלאכי השרת *veſtiebant eos Angeli.* Cæterum merito hanc ſententiam vocat Abarbanel רחק מאד *remotam valde*, nec non *Rashi*, *Ralbag* & ipſe aliam amplectuntur, & inſuper addit, qvod uti Samuel creverit היתה אמו עושה לו בכל שנה ושנה מעיל אחר נאות כפי גופו *fecerit ei mater illius qvovis anno pallium corpori illius conveniens.*

§. 65. Notum eſt, qvod lineam tunicam mortuo induant Judæi, ea tamen lege ut diviti non pretioſior concedatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

qvam tenuioris ſortis homini, & qvidem cauſam nobis ſub-miniſtrat *R. Saadias in Sepher Emunoth ſerm.* 7. fol. 36. col. 2. ואמרו עוד כי המתים יעמדו בתכריכיהם אמרו עתידים צדיקים לעמוד בלבושיהם ואין השבת בגדיהם יותר קשה אצל השכל מהשבת גופותיהם ורוחותם כאשר פשט באומה הפליגו בתכריכיהם עד שהביא זה הדבר לידי רעה שכל מי שלא היתה ידו משגת הניח מתו ובורח עד שתקן רבן גמליאל וצוה שילבישוהו שני בגדי פשתן מגוהצין ונהגו כל העם אחריו *Et dicunt porro, qvod mortui cum ſuis indumentis ſint ſiſtendi & dicunt qvoqve, qvod juſti in veſtibus ſuis ſe ſe ſiſtant, nec captui difficilior eſt reſtitutio veſtimentorum, qvam reſtitutio corporum & ſpirituum eorum. Hac doctrina apud populum vigente, modum exceſſerunt in veſtibus illis qvibus mortui involvuntur, & exinde hoc malum conſeqvebatur, qvod qvicunqve tenuioris ſortis fuerit, reliqverit mortuum & fugerit, usqve qvo ordinaverit Raban Gamliel, ut involverent eum duobus veſtimentis lineis albis & omnis populus ejus exemplum ſecutus eſt.* Cauſa igitur hujus à Gamliele decreti fuit vana Judæorum opinio, iisdem ſcilicet qvibus ſepulti ſunt veſtibus mortuos reſurrecturos, qvam aſſertionem probare ſatagunt ex hoc exemplo Samuelis. Ita enim *Jalkuth* in h. l. רבי אליעזר אומר כל המתים עולים לתחיית המתים לבושים בתכריכיהם בא וראה מן הזרע שנזרעים ערומים ועולים לבושים בכמה קליפות והיורדים לארץ לבושים כ"ש שעולים לבושים – – וכן למדנו משמואל הנביא שנאמר איש זקן עולה והוא עטה מעיל *dixit Rabbi Eliezer omnes mortui indumentis ſuis veſtiti reſurgent: Veni & vide exemplum in ſeminibus, qvæ nuda qvidem ſeminantur, ſed qvot putaminibus veſtiti aſcendunt, & qvanto igitur magis qvi veſtiti ſepeliuntur veſtiti reſurgent — — Et ſic diſcimus a Samue-*

muele Propheta, *uti dicitur Vir ſenex aſcendit circumdatus pallio.* Sed argumentationem de tritico, à minori ad majus ſumptam, appellat Abarbanel פריכא בכמה טעמים *fragilem ob multas rationes* qvarum qvoqve nonnullæ videri poſſunt apud *Pocok* in *Not. Miſcell. ad Port. Moſ.* p. 132. & ſeq. Et argumentum ducere a Samuele eſt argumentari a πεωλω Ψιδδω vid. hæc refut. *ab Hoornb. de conv. Jud.* pag. 557.

§. 66. v. 15. Continet colloqvium Samuelis cum Saule & dicit. Qvare הרגזתני perturbaſti me. Rab. in Tract. Chagiga dicunt פחדתי מיום הדין והייתי סבור שהיו קוראים אותי לדין *timebam diem judicii & putavi qvod vocarent me ad judicium.* Abarbanel ואין פירושו שהרגיזו אותו ממנוחתו הנפשיית כדברי המפרשים כי אם שהעלה את גופו כדעתי והיה הרגזו בהתיחדו עתה חגוף המקודש אשר לו שהיה בחייו מעון לשכינה עם כח השד *Non ita exponendum ſicut interpretes exponunt*, *qvaſi conturbaverit animam e ſua qviete*, *ſed ſecundum meam ſententiam ; qvod corpus aſcendere fecerit*, *& in eo conſiſtebat perturbatio ejus*, *qvod corpus ſuum ſanctum & Majeſtatis divinæ habitaculum dum viveret*, *tunc uniretur potentiæ Diabolicæ.* Sed hanc qvoq; ſententiam paſſim noſtri refutarunt.

§. 67. Notandum autem venit qvod Saul in hac ſua apologia omiſerit Urim & Thummim, dixeritq; ſimpliciter, qvod DEus ei non reſponderit per ſomnia & Prophetas, ne, ut *Abarbanel* ex *Maſſ. Berachoth* infert, נתבייש לומר לפני שמואל באורים לפי שהרג נוב עיר הכהנים *erubeſceret dicendo per Urim qvoniam percuſſit Nob civitatem Sacerdotum* vid. etiam in h. l. *Jalkuth*, *Raſchi* & *Kimhi.* Haud abſimili qvoqve modo alluditur in *Jalkuth* ad 2. Sam. 1. 9. אחזתני השבץ קטיגוריא של נוב עיר הכהנים אוחזת אותי ואין

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

השבץ אלא בגדי כהונה *Tenuit me* השבץ *eſt, accuſatio cædis ſacerdotum in Nob perpetratæ tenet me, qvoniam vox* שבץ *non niſi de veſtibus ſacerdotalibus adhibetur.*

§. 68. v. 16. & ſeq. Redarguitur Saul a Samuele nempe, ut cenſet Abarbanel שהוא החטא בגלגל *propter peccatum qvod commiſit in Gilgal;* & qvod iram ſuam in Amalekitas non exercuerit. DEus enim exſtirpari juſſit ſemen Amalekitarum, & non ſic reliqvas gentes, idq; ex mente Abarbanelis qvatuor ob cauſas qvas enumerat *in comment. in Legem* fol. 164. col. 3. Ponit etiam ſcriptura Exod. 17. v. ult. כם pro כסא & יה pro יהוה ut vult *Rashi* eam ob cauſam שאין שמו שלם ואין כסאו שלם עד שימחה שמו של עשו כולו וכשימחה שמו יהיה השם שלם והכסא שלם *qvod nec nomen ejus ſit perfectum nec ſolium ejus, anteqvam totaliter deletum fuerit nomen Eſavi, & hoc deleto Nomen & ſolium perfectum reddatur*, & *Abarbanel* inqvit וה"זל פירשו שיד על כס יה הוא המלך שכאשר יהיה המלך לישראל שיהיה לו יד ושם על כסא השם יהיה מלחמת ל"יי בעמלק וכן היה כי כאשר מלך שאול מיד נצטוה על מלחמת עמלק *& Rab. b.m. exponunt* יד על כס יה *qvod ſit Rex, qvod qvando conſtitutus eſſet Rex in Iſraële & eſſet illi manus & nomen ſuper ſolium Domini, bellum DEI contra Amalek gereret, & ſic qvoqve fuit; qvam primum enim Saul Rex eſſet conſtitutus, in mandatis accepit, ut bellum contra Amalekitas gereret* vid. qvoqve *paraph. Hierol.* ad locum Exod. 17. Et in Talmude tract. *Sanhedrin* legitur qvod inter tria, qvæ Iſraëlitis ad ingreſſum illorum in terra Canaan fuere injuncta, hoc qvoq; recenſetur להכרית זרעו של עמלק *ut Semen Amaleki exſtirparent.*
„ Ille enim cum eſſet è ſtirpe Eſavi, invidens felicitati Iſraë-
„ litarum, non propter honorem nec prædam ac victoriam,
„ ſed ſolum ut perderet Iſraëlem & ut irritam faceret poten-

tiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

tiam DEI, cum non niſi humana ſapientia & opera mira- "
bilia iſta in Ægypto & in mari rubro facta eſſe ſibi imagi- "
naretur, ſiderum conſtellationes bene callens ſine prævia "
annuntiatione belli per viam de qva non cogitarunt, tan- "
qvam fur, inopinate Iſraëlitas defatigatos, penuria ali- "
mentorum laborantes & bello plane in expertes aggredie- "
batur. Huc accedit, qvod conſiderando nomen ſuum עמלק, "
ſignificans per ראשי תיבות nomina qvatuor Magnatum, "
nempe עמרם משה לוי & קהת, fauſta ſibi polliceretur o- "
mnia, cum per סופי תיבות denotent מיתה mortem, qvaſi "
jam perdendus penitus eſſet populus DEI, & tot mirifica, "
qvæ patravit, oblivioni planè traderentur; & cum ea pro- "
pter Amalekitas & eorum memoriam ſimiliter deleri vel- "
let Altiſſimus, non immerito Saul hic redargvitur qvod "
Agag Regi Amalekitarum pepercerit. Hæc eſt ſententia "
Ralbag & *Abarbanelis* ad Deut. 25. & Exod. 17. & ad 1. Sam. 15. vid. *Pirk. Eliez.* cap. 44.

§. 69. Verum aliam porro movet qvæſtionem Abarbanel ejusq; deciſionem adducit ad 1. Sam. 15. 30. Nimirum qvare DEus Saulem ob ſuum peccatum e regno removit & Davidem in regno ſtabilivit, cum tamen grandia qvoqve commiſiſſet peccata? Nonnullas ex *R. Joſeph Albo* adfert ſententias, qvas ut omittamus, ultimam, qvæ jam ſupra dictis applicari poteſt memorabimus, qvam his exprimit verbis: הדעת השלישי והוא היותר מתישב שבכלם הוא שדוד לא
חטא במצוה פרטיית שנצטוה בה אחר שהיה מלך אלא שצותה
התורה לכלל האנשים חטא באיסור אשת איש ובשפיכות דמים
נענש בעריות נשיו ובשפיכות דם בניו אבל שאול חטא במצוה
פרטיית והיא המצוה הראשונה שנצטוה בה אחרי שנשמח מלך
-- ומפני זה אמרה הבעלת אוב בשם שמואל אל שאול על
אשר לא שמעת בקול ה׳ ולא עשית חרון אפו בעמלק וגו״

Sen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

Sententia tertia illaq; ſolidiſſima omnium eſt, qvod David non peccaverit contra præceptum aliqvod ſpeciale poſtqvam Rex eſſet conſtitutus, ſed contra id qvod Lex generaliter omnibus præcepit hominibus, & ideo æqvalem reliqvorum hominum pœnam pertulit. Adulterium qvippe & homicidium commiſit, & ea propter violatæ ſunt uxores ejus & filii illius trucidati. Sed Saul peccavit contra præceptum ſpeciale, qvod primo illi fuit injunctum, poſtqvam unctus eſſet in Regem, — — & propter hoc dicit Pythoniſſa nomine Samuelis ad Saulem, qvia non auſcultaſti voci Domini nec exercuiſti iram tuam contra Amalek &c. Addit qvoq; ſuam ſententiam *Abarbanel* (ubi tamen, ſecutus antiqvos ſuos, nimis perfectiones morales Saulis extollit) qvod Saul חטא במיעוט אמונה ובמיעוט אהבה את ית׳ וזה השלמות המשוער אצלינו הוא שני מינים שלמות אנושיי במדות הראויות לאדם במה שהוא אדם ואם שלמות אלקי באמונה והדבקות הראוי לאחד ממנו באשר הוא איש ישראל ושאול אין ספק שהיה שלם במין הראשון מהשלמות במה הוא איש ולכן אמרו ח״זל שלא היה בו שום דופי ושהיה מוכתר במדות המשובחות אבל היה חסר מהשלמות האחרון — — אמנם דוד היה שלם בשלמות האנושיי ושלמות הישראלי *qvod Saul peccaverit in defectu fidei & dilectionis DEI, & iſta qvæ apud nos æſtimatur perfectio eſt duplex, una eſt perfectio humana, conſiſtens in virtutibus convenientibus homini in qvantum eſt homo, & altera eſt perfectio divina conſiſtens in fide & adhæſione convenienti, qvæ una eſt ex eo qvatenus eſt Iſraëlita, & non eſt dubium, qvin Saul fuerit perfectus qvoad priorem ſpeciem, nempe qvoad perfectionem iſtam qvatenus fuit homo. Ideo enim dicunt Sapientes b. m. qvod nullo vitio laboraverit, ſed virtutibus laudabilibus fuerit coronatus, ſed poſteriore perfectionis ſpecie*

ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

caruit — — verum David fuit perfectus qvoad perfectiones humanas, tum qvoqve qvatenus fuit Iſraëlita. Porro Saul peccavit contra fundamentum totius cultus divi- "
ni laborans ſcilicet defectu fidei & dilectionis DEI, Da- "
vid vero non peccavit niſi contra præceptum practicum "
cum ſeqveretur deſiderium libidinis. David peccavit qva- "
tenus homo inter ſe & ſocium ſuum & non immediate "
inter ſe & DEum, ſed ſcriptura attribuit Sauli qvod im- "
mediate in DEum peccaverit vid. plura apud auctorem. "

§. 70. v. 19. Narratur qvalis foret eventus belli & qvalis exitus Saulis & filiorum cum dicat Samuel. Cras tu & filii tui mecum eritis. Exiſtimant Judæi Saulem morte ſua expiaſſe peccata, & cum Samuele poſt mortem fuiſſe. Hinc in *Jalkuth* ad hanc hiſtoriam dicicitur חביבה היא מיתתו שאול יותר מחייו שבחייו לא נאמר אתה ובניך עמי ובמיתתו נאמר אתה ובניך עמי עמי במחיצתי *Magis dilecta fuit mors Saulis qvam vita ejus, qvia in vita ejus non dictum eſt, tu & filii tui mecum eritis, ſed in morte dictum eſt :* Tu & filii tui eritis mecum ɔ: *mecum in thalamo meo.* Et porro refertur, hæc fuiſſe Samuelis verba אם אתה שומע לעצתי ליפול בחרב תהא מיתתך כפרה עליך ויהא גורלך עמי במקום שאני שרוי שם ושמע שאול לעצתו ונהרג הוא ובניו עמו שיהא חלקו עם שמואל הנביא שנאמר עמי במחיצתי *Si tu audieris conſilium meum & gladio velis cadere, erit mors tua pro te expiatio, & ſors tua mecum in loco qvo commoror, & ſecutus fuit Saul conſilium ejus & occiſus eſt una cum filiis ejus, ut eſſet pars ejus cum Samuele Propheta, qvia dictum eſt mecum eris in thalamo meo;* & ex *Midras* notat *Abarbanel:* qvoniam deſcendas in bellum ad moriendum תהיה במחיצתי עם צדיקים קדושים *eris in thalamo meo cum juſtis Sanctis.* Forſitan habetur reſpe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

reſpectus ad vulgatum illud votum Judæorum, qvod mortuo optant תהא מיתתו כפרה *ſit mors ejus expiatio*, & ad orationem iſtam, qvam ad DEum fundit ægrotus, qvæ in *Minhagim* habetur, ubi inter alia precatur: אם קרבה עת פקודתי למות תהא מיתתי כפרה לכל חטאתי ולכל עונותי ולכל פשעי שחטאתי *ſi advenerit tempue viſitationis meæ ad moriendum, ſit mors mea expiatio omnium peccatorum meorum, omnium transgreſſionum & prævaricationum mearum qvibus peccavi.* Sed cum hæc ſententia erronea ſit admodnm ſaniorem fovet *Abarbanel* dicens ומחר אתה ובניך עמי ר"ל שימותו מחרב במלחמה ויהיו הם מתים כמו גוף שמואל Cras tu eris mecum & filii *volens dicere qvod in bello gladio morirentur, eſſentqve mortui uti corpus Samuelis.*

יהי שם ה' מבורך

ADDITAMENTA.

I. *Qvod* Gen. XXXII. 28. non amplius *communitur vertitur, melius per* לא לבדו *exponendum videtur.*

II. *Vox* שכמו Gen. XLIX. 15. *convenientius per* dorſum ſuum, *qvam per* humerum ſuum *vertitur.*

III. *Dictum* Eſ. IX. 2. *ſecundum* קרי *eſt legendum.*

IV. *Etiam expoſitiones Rabbinorum de voce* צעיר *favent Matthæo* cap. II. 6.

V. *Non Urim & Thummim idem ſunt ac Theraphim.*

VI. *Non ſolus Summus Pontifex nomen Tetragammaton novit, nec ſolus illud pronunciavit.*

VII. *Etiam, ex mente Ebræorum, præputiati interdum inceſſerunt, Judæi & Sacerdotes incircumciſi fuerunt.*

VIII. *Non recte a nonnullis dicitur, Judæos* ואף Lev. XXVI. Auream Simiam *appellare.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 00936 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-90 4° 936